This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`





DE

PRAEDESTINATIONIS DOCTRINA ET VERO VSV TRACTATIO ABSOLVTISSIMA.

EX TH. BEZÆ PRÆLECTIONIbus in nonum Epistolæ ad Romanos caput à Raphaele Eglino Tigurino Theologiæ studioso in schola Genevensi recens excepta.

ADIECTA SVNT ALIQVOT Loca ex libello D. Lutheri de servo arbitrio adversus Erasmum desumpta: ex quibus apparet quæ fuerit illius de Prædestinatione sententia, quámque cum nostra consona.

EDITIO SECVNDA.

EXCVDEBAT EVSTATHIVS VIGNON.

M. D. LXXXIII.

101. g. 327.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA

ILLVSTRI DOMINO, D.
NICOLAO COMITI AB
Ostrorog, in Grodzisko, & Kriilovv,
&c. Gratiam & pacem à
Domino.

Vocunque sub Sole oculos cõuertimus, illustris Domine, perpetuæ cuidam vicissitudini species ipsas rerũ, interitui verò etiam obnoxia omnia, quæ vocant, specierum individua deprehendimus. Imò & illa ipsa corpora cælestia, in quibus testatur Propheta firmitatis illius suæ imaginem nobis à Deo conditore veluti spectandam proponi, etsi nullum, quod quidem à nobis possit deprehendi, detrimentum in seſe tot sæculis videntur accepisse, singulis tamen penè momentis & motu, & motus effectis variant, vt illud verissimum sit, vnicum Deum semper eundem, suique similem permanere. Est tamen aliquod Dei opus in quo suæ huius perpetuitatis tam expressam, & tã indelebilem effigiem insculpsit, vt non magis à beato suo statu excidere, quàm Deus ipse possit: quæres eò est admirabilior, quòd in speciem nihil æquè infirmũ & imbecille, nihil ipsi Nihilo propinquius

illo videatur. Opus hoc Dei, de quo nunc ago, illud ipſum eſt, quod Eccleſiam vocamus, cœtum videlicet cæcorum & claudorum parabola ſignificatum, de quo ille ex eius gregis ductoribus præcipuis, Sumus, inquit, mundi καθάρματα καὶ πάντων περίψημα. Sed idem quàm magnificè ſupera, media, infera omnia, non ſtultè confidens, ſed dilectione qua ſuam Eccleſiam Deus in Filio cõplectitur, fretus, laceſſit? Eccleſia enim Dei longè aliud opus eſt, quàm iſtud quod oculis intuemur, etſi tam ingens & magnificum vt ſit τοῦ δημιόργου potentia ac æternitatis ſpeculum, ſuo fulgore quorumvis etiam acutiſſimè cernentium oculos perſtringat. Nam iſtud certè præteribit: Eccleſia verò ſemper preſſa nunquam opprimitur: ſemper vacillans, perſtat: ſemper moribunda, nunquam morietur: ſed ſuis hoſtibus omnibus ſuperſtes ex ipſa morte immortalitatem petit & adipiſcitur: idque non ὅλως tantùm conſiderata, ſicut volunt Phyſici nulla ſingularium viciſſitudine ſpecies ipſas καθόλου atteri, ſed etiam κατὰ μέρη, atque adeò ne capillis quidem ſingulorum exceptis, quos omnes Pater ille noſter cæleſtis habet in numerato καθ' ἕκαστα ἑκάστων μέρη: vt hîc verè deprehendatur falſum, quod alioqui fixum eſt in rerum natura axioma, Non eſſe ſingulariũ ὁπισθόμυ-

μων. Nam contrà nullus est πίστων quos credẽtes vocamus, ex quibus totus hic beatæ immortalitatis particeps cœtus, velut templum quoddam verè sanctum ex viuis lapidibus cõstructum, constat, cui non sit tam certa sua ipsius salus æterna, quàm si illa iam esset reipsa potitus. Quînam id verò, dicet qui hæc mysteria non didicit? Certè non sua quantumuis laudabili vita, vt ij sibi persuadent, qui suarum virtutum spectrum inanissimum, vt Ixion ille apud Poëtas nebulam, amplexantur: imò ne sua quidem fide propriè, quantumuis firma & constante, sed vni illi immotæ basi innixus, cui fides ipsa incũbit: certissimo videlicet illi singulorum credentiũ animis per Spiritus S. effecta insculpto æternæ nostræ in Christo Electionis testimonio, quod ipsa Dei immutabilis firmitate fulcitur: vt iam sit verè murus aheneus, non illud Poeticum, Nil conscire sibi nulla pallescere culpa, sed æternum Patris de nobis ex omni mortalium numero ex merè gratuita ipsius benignitate Filio per fidei donum inserendis, & in eo iustificandis, ac tandẽ beatitate perpetua donandis, consilium, quod foris quidem Euangelij prædicatione omnibus, intus verò mentibus nostris, per Sp. sanctum insonans, conscientias nostras iam nunc pascat, & quasi iam in cœlestibus considentes

tranquillat. Hanc igitur doctrinam oppugnãtes (quales etiam inter eos ſemper extiterunt nimium multi, qui tamen vel ſoli vera Eccleſia cenſeri volunt) quis non planè inſanire videat, vt qui hoc vno abolito myſterio, in cuius cognitione & applicatione vera vita poſita eſt, vltrò ſibi mortem conſciſcant ? Sed hæc eſt nimirum eorum conditio, pro quibus Filius ille Dei morti ſaluifica iam proximus ſeſe non precari teſtatur. O nos autem per Dei miſericordiam infinitè beatos, quibus hæc audire & vera fide complecti cælitus eſt conceſſum. Itaque quum totam hanc doctrinam nuper communis ille noſter in hac Geneuenſi meritò laudatiſsima Schola præceptor D. Theodorus Beza ex illa inſigni Pauli epiſtola olim quidẽ ad Romanos veteres, nunc verò aduerſus eoſdem à Chriſto defectores (vt audire ex eodẽ præceptore memini) ſcripta, ac præſertim ex noni illius capite, in quo diuiniſſimum illud myſterium, ex profeſſo pertractatur, explicaſſet, adhibitáque ſolidiſsima cõtrariarũ opinionũ refutatione cõfirmaſſet, operæpretiũ me facturũ exiſtimaui, ſi ex ipſius ore hanc exceptã, & (quod ipſe petenti mihi humaniſſimè conceſſit) domicũ eo ſumma diligẽtia collatã, atque adeò dictatam in publicum, cũ bona ipſius venia emitterẽ. Id ego igitur nunc præſto, & quidẽ illuſtre nomen tuum, omine, vt ſpero, fœlici

præfatus,

tus,tũ quòd in hac Geneuenſi ſchola(quò
lluſtri ac generoſo Domino D.Ioanne,fra
omni eximia virtute ornatiſſimo Iacobo
ienio,Præfecto,morũque magiſtro, & Io-
Iona præceptore,te contuliſti)iam aliquã-
erſatus,ſtudioſis omnibus vnà cũ Nobi-
is ac generoſiſſimis Dominis Comitibus
ns & Vvitgenſtein veluti ſignũ extule-
uod reliqui,licet nõ æquis,vt ait ille,paſ-
ſequãtur,tum etiã quod hoc maximi mo-
iſcriptum & propter ipſius argumenti di-
tẽ,& propter ſcriptoris auctoritatem fi-
enã,gratiſſimum tibi futurum exiſtimẽ:
ue vt nõ obſcuris beneuolẽtiæ in me tuæ
excitatus, aliquod tibi obſeruantiæ in te
ſpecimen exhibeam : quod licet audaculi
nis factũ peto etiam atque etiam huma-
ſingulari tua fretus,vt in bonam partẽ
re non graueris.Bene vale, Illuſtris mi
ne. Dominus ille noſter Ieſus Chriſtus
lam verè ἐνθῶν ἐξοχὴν Chriſtianiſque vir
is omnibus iam nunc ornatam indolem
magiſque confirmet, & ad nominis ſui
m & Eccleſiæ Chriſtianæ ſalutem promo-

Geneuæ Cal.Martij,anno à ſalutifero
nis partu CIↃ IↃ LXXXII.

Illuſtri tuæ amplitudini
deditiſſimus
Raphael Eglinus.

DE PRÆDESTINATIONIS DOCTRINA ET VERO vsu tractatio absolutissima.

EX TH. BEZÆ PRÆLECTIONIBUS in nonum Epistolæ ad Romanos caput à Raphaele Eglino Tigurino, Theologiæ studioso, in schola Genevensi, recens excepta.

ΠΡΟΛΕΓΟ'ΜΕΝΑ.

QVANDOQVIDEM ad hunc Pauli locũ peruenimus in quo de primaria salutis nostræ causſa, nẽpe æterno & immutabili Dei Proposito differitur, quã doctrinam nonnulli vt scopulum refugiunt, & nimiũ multi perperam explicant, antequàm ipsum Pauli cõtextum exponamus, prius de te tota differemus, explicatis in primis vocibus quibusdam, eo quo Paulus illas superiore capite recẽsuit; ac deinceps in hoc capite commemorat, ordine: quibus rectè intellectis difficilè non erit quid hac de re tota ex Dei verbo sentiendum sit intelligere. Eiusmodi sunt autem:

Prouidentia Dei, & eiusdem
Propositum προθεσις.
Præscitum προγνωσις.
Prædestinatio προορισμός.

Electio.
Reprobatio.
Vocatio.
Vocationis fructus.
Induratio.
Indurationis fructus,
Voluntas Dei,
Necessarium,
Contingentia.
Libertas & seruitus humanæ voluntatis.

Prouidẽtia. Prouidentiam igitur vocamus in Deo vim illam Dei sapientissimam & optimã, qua Deus apud se ab æterno, quomodo, quando, & in quem finem res vniuersas & singulares conditurus, & qua ratione conditas gubernaturus esset constituit: à cuius efficacitate cuncta cùm facta tùm facienda dependent, & sapientissimè simul ac rectissimè ad fines suos, interuentu mediarum causarum, directa sunt ab initio mundi, & nunc diriguntur, & vsque ad mundi totius consummationem dirigentur.

In hac autem Prouidentia consideramus προθεσιν, προγνωσιν & προορισμὸν, quæ ratione potius quàm re differunt: adeò quidem vt pro vno & eodem interdum accipiantur, nempe pro æterno illo Dei consilio, medias omnes causas non tãtùm tempore (est enim æternum ac proinde omni tempore superius) sed etiam causarum ordine, antecedente. Nam Ecclesia Hierosolymitana, Actor. 4. versu. 28, in προορισμῷ quem definit ὡρισθήναι ἐκαλὼ, tanquam summa causa subsistit: & Petrus, 1. Pet. 1. v. 2. προγνωσιν vt summam salutis nostræ causam commemorat. At

contra

contrà Paulus non tantùm ad Rom.8.hæc tria distinctè subordinat, sed etiam ad Ephes.1. vers. 11. à προορισμῷ ad πρόθεσιν ascendit. In tribus igitur istis præpositio πρὸ huius consilii diuini æternitatem, omnes medias causas etiam ordine antecedentem notat. In προθέσεως autem nomine τὸ πάντας illius consilii positionem, id est, immotam stabilitatē designat. Etsi enim nomen προθέσεως apud Paulum ad Electionem duntaxat accommodatur: tamen quum Electio nō sit omniū, necessariò existimandi sunt reiici, eodem consilio, quicunque non eliguntur: nec minus firmum esse oportet illud æternum Dei cōsiliū, Reiectionis, quàm Electionis respectu. Sed & quum verbum πάντας & κατὰς in vtranque partem vsurpetur vt Luc.2.34, 1.Thessal.5.9, & 2.Pet.2.v.8. causam nullā video cur πρόθεσις tam ad eligendos, quàm ad reprobandos non sit referenda. In προγνώσει verò si verbum γινώσκειν de simplici Dei notitia accipiatur, tum certè πρόγνωσις, quam Præscientiam vocant, nullam efficientis causæ rationem habebit. Nec enim res futuræ, idcircò futuræ sunt quia Deus illas futuras prænouit, sed contrà idcirco sunt futuræ, & illas futuras prænouit, quoniam futuras illas decreuit, adeò quidem vt quamuis propriè loquendo de diuinis consiliis, qualia sunt in sese, nec prius dari possit nec posterius, neque tempore neque ordinis serie: nihilominus tamen vt ista in Deo nobis consideranda proponuntur, Propositum quo res futuræ decernuntur, Prænotionem illarum existentiæ, ordine antecedit. Sin verò τὸ γινώσκειν accipiamus pro

πρόθεσις propositū

πρόγνωσις præscitū

Sciſcere, id eſt, veluti cognita cauſſa ſancire & decernere, tum προγνώσεως nomine ſignificabitur eiuſdem illius conſilii quod πρόθεσιν vocauimus, ſumma iuſtitia & rectitudo, quòd non niſi præeunte ſapientiſsima veluti deliberatione, & iuſta mediarum cauſarum ordinatione ſit conſtitutum. Nam quod nonnulli πρόγνωσιν itidem ad electos ſolos accommodant, quia τὸ γνώσκειν ex Hebræorum Idiotiſmo interdum pro Agnoſcere & gratũ habere accipitur, vt quum Pſal.1, dicitur Deus viam iuſtorum noſſe: & cõtra Matth.7, Operam dantes iniquitati non noſſe, ex eo refellitur quòd πρόγνωσις ad ea quoque transferatur, quæ ſicut optima ſunt quod ad Dei decretum attinet, ita hominum ipſorum reſpectu ſumma maximáq; ſunt ſcelera, vt Actorum 2.23. dicitur Chriſtus τῇ ὡρισμένῃ τοῦ Θεοῦ προγνώσει traditus & impiorum manibus crucifixus fuiſſe.

προορισμὸς prædeſtinatio.

Denique nomine τοῦ προορισμοῦ idem illud conſilium ſignificatur, quod πρόθεσιν & πρόγνωσιν vocamus, ſed tum finis vltimi, tum aliorum finium intermediorum reſpectu, id eſt, quatenus æternum illud conſilium & decretum Dei certis definitíſque ab ipſo gradibus ad terminũ fixum perdurat. Vnde Act.2. verſ.23. non ſimpliciter dicitur βουλὴ, ſed ὡρισμένη. Ex quibus etiam verbis apparet ſatis firmam non eſſe illorum ſententiam, qui ſolos electos volunt prædeſtinatione comprehendi. Id quod etiam Auguſtini teſtimonio probari poteſt. Sic enim ille lib.de Ciuit.Dei.15.cap.1. *Myſticè appellamus* (inquit) *ciuitates duas, hoc eſt, duas hominũ ſocietates, quarum eſt vna, vt prædeſtinata eſt in æternum*

num regnare cum Deo: altera æternum iudicium subire cum Diabolo. Denique quum Paulus apertè non minus ab induratione, quàm à misericordia sensim progrediatur ad Dei voluntatem, prædestinatio verò nihil aliud sit quàm eius voluntatis ad certum finem siue salutis siue exitii destinatio, negari iusta ratione non potest, Prædestinationem & ad vltimum illum duplicem finem & ad vtrinque subordinata media pertinere.

Et hæc quidem de ipso Dei Proposito dicta sunto, quod quum ad certum finem destinetur, supereſt vt tum quis sit finis illius vltimus & præstantissimus, tum qui sint intermedii explicemus. Finem igitur hunc vltimum ac proinde vnicum esse dicimus ipsius opificis gloriam, non quidem in ipsomet Deo cui nihil addi nec detrahi potest consideratum, sed quatenus in rebus ab ipso conditis & in earum administratione patefit, vt testatur sapiens ille Prouer. 16. 4. Et pertinet quidem hic finis ad res omnes creatas sine vlla exceptione, atque adeo ipsorum etiam temporum & seculorum fines omnes transcendit: sed hîc à nobis consideratur ad humanum genus peculiariter accommodatus. Dicimus ergo duabus potissimùm in rebus Deum ab æterno constituisse gloriam suam quasi in speculo spectandam proponere, nempe in summa misericordia, & seueriſsimo iudicio, sicut de se loquitur in lege, Exod. 20. 5. & 6. & alibi passim. Hinc illud quod dicitur vnos amare, alios odisse: vnos ad decus, alios ad ignominiam condidisse: vnos elegisse, alios re-

Finis æterni propositi.

iecisse,id est,vnos quidem gratis eligere, amare,& æterna salute donare: alios verò iustè reiicere,odisse & æterno iudicio perdere destinasse,& quidem vtrosque ad gloriæ suę patefactionem,vt de eligendis expressè dicitur Prou.16.4. Esai.43.7.Ephes.1.5.& 6.Rom.8.28.& 9.21.23.1. Corinth.2.7.& de reprobandis eodem illo loco Prou.16.4.Rom.9.21.& 22.Exod.9.16.Duos igitur fines inter se quidem oppositos sed in vltimo illo fine concurrentes statuimus ex Dei verbo, Electionem videlicet & Reprobationem, in æterno ipso Dei Proposito consideratas: quarum priorem, nempe Electionem, rectè definierimus,esse æternum Dei decretum ex merè gratuito ipsius amore profectum, de certis quos ipsi libuit, hominibus eligendis, in quorum æterna salute, summam suam bonitatem ac misericordiam declararet: Reprobationem verò itidem,non quatenus illam exequitur, sed quatenus illam ab æterno decreuit, æternum Dei decretum de reliquis hominibus, in quorum iustissima simul & seueriſſima condemnatione, summum illud suum aduersus omne peccatum odium summa cum sua laude declararet.

Causæ mediæ per quas æternum suũ propositum Deus exequitur.

Exposito summo Dei Proposito & eiusdem finibus,superest vt causas explicemus, quarum interuentu Deus suum illud propositum & in gratuitò eligendis ac seruandis, & in iustè reprobandis ac damnandis ad nominis sui gloriam exequitur.Harum autem aliæ in ipso Deo, aliæ in hominibus ipsis considerantur, & quidem vtræque duplici cum differentia. Nam

aliæ

aliæ tum eligendis, tum reprobandis communes sunt: in Deo quidem consideratæ, Creatio, in hominibus verò, à Deo quidem effectæ, Intelligentia primi hominis pura, & eiusdem Voluntas recta, spontanea, & in vtramuis partem libera: quæ duo intelliguntur præcipuè Imaginis Dei nomine: ab ipsis verò hominibus, quanuis non sine Dei decreto, profectæ, & ipsis insitæ, Lapsus & tum Intelligentiæ cæcitas, tum Voluntatis sub peccato seruitus. Peculiares autem eligendis, ac proinde seruandis adultis quòd ad Deum ipsum attinet, Vocatio efficax per verbum: in ipsis autem eligendis adultis per Dei gratiam, Fides & eius effecta, vnde tandem Glorificatio consequitur: quorum omniū fons est Iesvs Christvs mediator ex gratuita Dei misericordia. In reprobandis autem ac proinde damnandis, quod ad Deum attinet, Iusta derelictio: intra ipsos autem reprobandos adultos, spontanea & ab ipsismet proficiscens Induratio & eius fructus, vnde mortis æternæ per iustam Dei damnationem ipsimet sibi sunt auctores, ad Dei iusti iudicis gloriam. Quas omnes medias causas ab æterno Dei Proposito fluentes, in hoc diagrammate spectandas proponimus.

o

DEI SVMME MISERICOR
DIS ET SVMME IVSTI AETER-
na, optima, & immutabilis προθεσις
quæ & προγνωσις.

Agè verò nunc cauſſas omnes illas medias
i propoſito Dei ab æterno latentes, & ſuo de-
ium tempore productas plenius explicemus.
rimùm igitur omnium, conſtitutis in opificis
ente finibus de quibus à nobis dictum eſt,
roculdubiò conſequens fuit vt exiſtere opifi-
um ſuum iuberet. Itaque Creationis propo- Creatio.
to primum locum meritò tribuimus. Sed ho- Corru-
inem certè creari talem opottuit vt ad fines, ptio.
iorum cauſſa crearetur, conſequendos aptus
ſet ac idoneus. Atqui nec ſeruari per miſeri-
ordiam eligendi potuerunt niſi prius miſeri fa-
i, id eſt iram Dei commeriti, à qua tamen per
atiam liberarentur: nec reprobandi iuſtè da-
nari potuiſſent, niſi per peccatum iuſtæ da-
nationi obnoxij.

At Deus quum ſit ipſamet bonitas, vitio-
m opus condere non potuit, nec certè con-
dit: & abominanda eſt Manichæorum hære-
, qui tamen viderunt Deum ſummè bonum
on poſſe mali auctorem haberi. Quòd ſi rur-
s ſic bonum condidiſſet hominem vt ex bo-
malus non euaderet, neque miſericordiam
que iudicium Deus creator in humano ge-
re exerere, id eſt fines ſibi ab æterno propo-
os exequi potuiſſet. Bonum igitur bonus
eus hominem id eſt marem & fœminam
ndidit, ſed mutabiliter bonum. Quòd ſi rur-
s hanc mutabilitatem ex bono in malum
eus effeciſſet, non minus profectò habendus
et mali auctor, quàm ſi malũ ab initio creaſ-
ac multò etiam magis, ſi quo modo illum
num conditum, ſeſe in malum tranſmutare

coegiſſet. Hominem igitur & intelligen
creari oportuit (nec enim vel benè vel mal
gere dici poſſunt intelligentiæ & rationis
pertia)& tum ſpontanea(id eſt intrinſeco pr
cipio ſeſe vltrò & cum intelligentia mouer
tum libera in ſeſe ſiue ad bonum cognitum,
ue ad malum vetitum amplectendum ,volun
te præditum creari : nempe vt mutatio ex l
no in malum ad excutionem æterni illius l
Propoſiti neceſſaria, non quidem abſque l
decreto, cuius exitus falli non poteſt, ſed
men non aliunde quàm ex intrinſeco, ſpo
taneo , & libero voluntatis humanæ mo
oriretur : vt hac ratione tum miſericor
tum iuſto Dei iudicio aditus , hac contingeı
hominis mutatione patefieret. Itaque quod
xit Paulus de electorum per gratuitam miſe
cordiam ſeruandorum tota multitudine,in v
veluti corpus congeſta,Deum videlicet cone
ſiſſe omnes illos ſub peccato,vt omnium ill
rum miſereretur:dicere quoque neceſſe eſt
reprobandorum iuſtè damnandorum maſ
Deum nimirum illos etiam omnes concluſi
ſub peccato, vt omnes illos iuſtè perderet :
hos & illos denique concluſiſſe ſub peccato,
in vtriſque glorificaretur.

Iam verò humano genere ſic tum ad vtrunq
illum ſubalternũ, tum ad vltimum finẽ condi
& diſpoſito in Dei mente,ſupereſt vt videam
quomodo æternum illud ſuũ cũ de reparãdo
electis ſuis lapſu,& iis per miſericordiã ſeruãc
tum de iuſta reprobandorũ dãnatione propo
tũ ſit executus.Ac de electis quidẽ priore loc

Electioi

Electionis consilio æterno exequendo quas medias vsus Deus substrauerit.

Sicut igitur in Adamo sua sponte lapsurum umanum genus cõdere ab æterno decreuerat, c ab æterno alterum veluti Adamum condere ıcreuit, in quo eligendos omnes per ineffabi-ım misericordiam seruaret: & ita quidem, vt in ıo eodémque opere verè admirabili & ipsis iam angelis obstupescendo, summam miseri-ordiam seueriſſimo iudicio temperaret. Itaque ırè hominem esse hunc alterum Adamum o-ortuit, & quidem ex prioris massa desumptum uia sic condonari electis peccatum & eius fru-us decuit vt pœna non ab alia natura, quàm) ea quæ peccauit, exigeretur: iusto alioqui eo non futuro, si velita esset misericors vt ıstitiæ suæ obliuiscceretur, vel ab alia natura, uàm ab ea quæ mortem merebatur, pœnam ıortis exigeret. Iudicio verò Dei, & quidem ueriſſimo sustinendo quæ tandem creata na-ıra par esse potuit ?. Nulla certè neque sur-ım neque deorsum, quantumuis diuino excel-ntiſſimóque robore prædita: quia parem & æ-ualem Deo illam esse oportuisset. Liberato-ım istum igitur sic iram Dei subiturum, vt on modò in ea non permaneret, sed etiam o-mnes sibi donandos liberaret, non modò quali-ıte diuiniſſimum, sed etiam verè & ἰσοθεῶς Deũ ſſe oportuit. Hinc illa æterni filij vnigeniti ab terno Patre ante omne tempus prædestinata ncarnatio 1. Corin. 2. 7. vt sicuti pater per hunc ilium condere lapsuram sua sponte humanam aturam decreuerat, sic in eodem filio illam in

Christus electionis fundamentũ.

iis,quos Filio daturus erat,ab exitio ereptam,ad finem præſtitutũ,nempe vitam æternam, adduceret,2.Tim.1,9.& Heb.2.10. Sed qualem hunc hominẽ in ſeſe eſſe oportuit? Certè creata ſumma bonitate ac iuſtitia perfectiſsima donatum. Nec enim filius ille Deus æternus vnire ſeſe homini vllavel leuiſsima labe contaminato potuit, nec hic homo propria puritate & liberatore indigens,alios liberare potuiſſet: quem tamẽ quũ, vt ante diximus, ex illa humanæ naturæ maſſa, quæ tota in Adamo corrupta fuerat, deſumi neceſſe fuerit: & homo reus & corruptus nonniſi corruptos & reos generare poſsit: hinc efficitur mediatorem illum ſic verum hominem eſſe ex Adami poſteritate oportuiſſe, vt illius carnem non homo corruptus generaret, ſed vis illa Dei quæ eſt ipſe Deus, nempe Spiritus Sanctus in vtero muliebri & quidem virginis, vt de inconſueto conceptu conſtaret, purum prorſus & incontaminatum atque adeo ſanctiſsimum ex ſanctificata virginis maſſa crearet. His autem ita decretis, & arcana prorſus ſapientia conſtitutis,ſupereſt vt videamus, quomodo per illum vnicum ſeruatorem Deus, quos in ipſo ab æterno ſeruandos,(Eph.1.5.& 2.Tim.1.9.) eligere & ſeruare ſuo tempore per miſericordiam decreuerat, per hunc ipſum reipſa quo tempore ipſi libuit eligat & ſeruet.

'ocatio
ıtérna &
ĸterna
oniũcte.

Certè quemadmodum inutilis fuerit aduerſus omnem morbum medicina, niſi de illa certior factus ægrotus eam ſibi,ſicuti par eſt,applicet: ita miſeris à peccato & morte ad vitam æternam per vnicum illum mediatorem traducendis

idis, primum omnium ſic declarari myſteriũ
id quod propterea Euangelium vocatur (2.
m.1.9.) oportet, vt & intellectu percipiatur
aſſenſione certa veluti applicetur. Fides e-
n eſt ex auditu Rom.10, &, vt ait ex veteri-
s quidam, ſicut virgo illa Angeli verbis fidem
bens, auribus Chriſtum etiam ſecundum car-
m in vtero concepit, ſic nos auribus Euange-
verbum intro per fidem recipientes, Chri-
m veluti concipere ſecundum ſpiritum o-
rtet.

Et hoc illud eſt, quod noſter Apoſtolus Græ-
κλῆσιν appellat, Latini verò Vocationem ſunt
terpretati, quòd nimirum vocis organo ſo-
it loquentium voluntas intelligi. Sed in hoc
iod tractamus argumento quum non modò
rdi, ſed etiam ſibi in hac ſurditate mirificè pla-
ntes homines cuncti naſcantur, ſimul & au-
s cordis aperiri & auribus corporis vocẽ Dei
rſonare neceſſe eſt: quorum illud vnius Dei
reatoris opus eſt, iſtud verò hominum ad hoc
pus deſignatorum miniſterio peragi Dominus
i Eccleſia ſua idcirco inſtituit (niſi ſi quando
tra ordinem in hominibus agit) ne ſicut olim
ſraelitis contigit, quũ diuinæ vocis maieſtatem
pud montem Sinæ ferre non potuerunt, ſic
uangelici ſermonis quantumuis beneuoli per
)eum ipſum prolati gloriam ſuſtinere non
ioſsimus, nedum aures & aſſenſum illi præ-
ere. Vocatio igitur iſta partim merè interna
ſt, Spiritu ſancto audientis animum ad intelli-
ẽndi facultatem aptante, ſimúlque voluntatem
d aſſentiendum efficaciter diſponente: partim

verò externa miſsi ad Euangelizandũ ſerui D verborum ſonitu id ipſum auribus audient electi ingerente, quod idem Spiritus ſanct menti & voluntati ipſius inſculpit.

Fides vera. Hinc ergo ſalutis intellectæ notitia naſcitu & hanc rurſus notitiam aſſenſio ſequitur, eáqu non ſimplex & nuda, qua fit vt Euangelic narrationi, quæ extra illam Spiritus ſancti gra tiam aliis quidem eſt offendiculum, aliis ſtulti tia, tanquam certiſsimæ veritati quiſpiam a ſentiatur: ſed cum eo coniuncta, quod πλη φορίαν Paulus noſter paſsim appellat: ipſius vi delicet Euangelicæ promiſsionis, cui tanquar veriſsimæ aſſenſum fuerit, applicationẽ ad pro priam credentis conſcientiam: quod Dei do num merè gratuitum eſt, & ſolis electis pecu liariter, aliis quidem citius, aliis tardius, prou Deo Opt. Max. viſum eſt, tribuitur. Quum enin Euangelium nonniſi ſub vnius fidei conditio ne Chriſtum amplectendum offerat, conclude re neceſſe eſt, neque abſque hac fide quenquan ſeruari, nec vllos alios quàm electos hac fid donari. Vnde & tertium iſtud efficitur, abrum pi quidem poſſe interdum propter humanam etiam ſanctiſsimorum in hac vita hominum imbecillitatem, huius fidei, curſum, ſed ipſum veræ fidei germen ſemel ſatum, nunquam pe nitus adimi, quum excidere Dei conſilium non poſsit, nec vnquam ſint foràs eiiciendi, quos Pater Filio per veram hanc & viuam fidem in ſeruit.

Fidei effecta Sunt autem duplicia in electis iſtius veræ fi dei effecta quæ Iuſtitiæ nomine intelliguntur quo;

uorũ alia extra nos quidẽ ſunt, nempe in Chri o : ſed ex Euangelicæ promiſsionis formula ɔſtra fiunt, imputatione per Chriſtum ipſum :ra fide, vt modò diximus, nobis ſpiritualiter ɔplicata ; alia verò intra nos hærent, per Dei ·atiam inſita. Illius generis ſunt in primis, ænæ pro electorum omniũ peccatis à Chri- o toleratæ, quibus peccata ipſorum omnia co m Deo gratis abolentur: itidémque plena Le- s præſtatio, ab eodem Chriſto Patri pro ele- is exhibita, vt à Legis maledictione libera- ntur, quum non modò non peccare, ſed etiam enè Legem Dei præſtare homines teneantur. æc autem iſtius Iuſtitiæ pars etſi cum illa ſu- riore prorſus cohæret, ratione tamen ab illa ffert, & reatum noſtrum tum per peccatum iginale, tum per ſubſequentes innumerabiles iquitates noſtras contractum, coram Dei tri- ınali vſque adeò abolet, vt non modò non i, ſed etiam tanquam præſtita Lege iuſti in hriſto coram Patris tribunali appareamus. d has verò duas partes Iuſtitiæ in Chriſto no- s imputatæ, tertia quoque accedit, nempe ena illa humanæ naturæ noſtræ in Chriſti rne per Spiritum ſanctum conceptæ ſanctifi- tio: quæ & ipſa per fidẽ nobis imputata, na- ıam illam corruptionem in electis quidem edentibus aboleri cœptam, ſed nondum abo- ıam, ac proinde ad nos coram Deo abſoluen- ɔs inutilem futuram penitus tegit, vt iam ni- l prorſus ſuperſit, cuius cauſſa ſint electi con- ɛmnationi Dei obnoxii, imò omne illud egis δικαίωμα in nobis, Chriſti iuſtitia obte-

Iuſtificatio.

Iuſtitiæ Chriſti gratisimputatæ 3. partes.

ctis, inueniatur. Quas tres imputatæ Iusti partes plenissimè capitibus superioribus stinctè & sigillatim explicantem Apostoli audiuimus.

Altera Iustitiæ species nobis in Christo j fidem insitis per Spiritum sanctum collata, c plici nomine ab illa nobis imputata disting tur: primùm quòd illa quidem ita sit nos vt tamē alii subiecto, nempe Christo, inhære hæc verò nobis & intra nos per eandem I gratiam insideat: deinde quòd illa quidem modis omnibus absolutissima, nobis alio nullam æternæ vitæ spem habituris, hæc aut quandiu in hoc corpore versamur, carnis re quiis aduersus spiritum luctantibus, manca prorsus & imperfecta, siue intellectum, siue luntatem spectemus. Sic enim Spiritus Sanc & nostras mentes illustrat vt nonnisi ex pa cognoscamus, & voluntates nostras sic repi gat, vt bene velle & facere quandiu hanc vit viuimus, non nisi ex parte studeamus. Nec men propterea inutilis est nobis inhærens il quātumuis imperfecta, iustitia: sed potius mi tipliciter nobis prodest. Nam & certum in testimonium nobis suggeritur electionis adoptionis nostræ, sicut vita hæc præsens sensu & motu non oritur sed dignoscitur: qu ii demum sint filii Dei, id est, in Christo ele & adoptati, qui Spiritu Dei aguntur, Ro 8.14. & huius iustitiæ fructus (bona videli opera) Dominus Deus noster, non quales su in se ipsis, sed quatenus à Spiritu suo in nol efficiuntur considerans, gratos illos habeat,

tu

tum benedictionibus ad hanc vitam pertinentibus veluti remuneretur, tum vita etiam æterna coronet : minimè quidem quòd tale quippiam vllo modo mereantur, sed quòd hæc sit ipsius beneficentiæ magnitudo.

Et hæc quidem via est qua Dominus quos ab æterno gratis eligere proposuit suo tempore nascentes, ac deinceps Christo suo per efficacem vocationem fideique instrumentum insitos, & in eodem plenissimè iustificatos ad vitam æternam ipsis destinatam paulatim, summæ suę misericordiæ gloriam hac ratione patefaciens, perducit.

Reprobationis eō filiū quibus mediis Deus exequatur.

Superest igitur vt de reprobis iusto Dei iudicio damnandis, altera videlicet humani generis parte, differamus. Neque verò ignoro quàm odiosum sit quibusdam hoc argumẽtum, adeò quidem vt nonnulli propterea totam de Prædestinatione doctrinam prorsus refugiant, quod certè facere non possunt, quin & Spiritum sanctum temeritatis vel erroris accusent (quod apertè blasphemum est) & fidei nostrę basin euertant : alii verò tradendam quidem Ecclesiæ fateãtur, sed altera parte, nempe Reprobationis decreto mutilatam : quasi verò possit stabiliri Electionis decretum quin cæterorum Reiectionis decretum itidem necessariò ponatur, quum certè dici non possit decreuisse eligere, qui omnia decreuit accipere. Deinde, vt paucis respõdeam ad eorum sententiam qui dictum illud, Deum velle omnes saluos fieri, de summo & æterno Dei Proposito, ad singulos etiam homines applicant, & rogati, cur ergo sin-

guli non ſeruentur, reſpondent, illam Dei voluntatem vtrinque conditionalem eſſe, ac proinde ratam eſſe in iis qui credunt, quoniam appoſitam fidei conditionem implent, irritam autem contrà in iis qui non credunt, vt qui appoſitæ incredulitatis conditioni ſeſe reddant obnoxios: vt, inquam, iis reſpondeam, nego conſequutionem ipſorum argumenti ſtare poſſe, niſi cum Pelagianis ſtatuant in hominis naturali arbitrio, abſque gratia peculiari poſitum eſſe tam vt credant quàm vt non credant, vel ſaltem vt oblatam gratiam poſsint abſque alia gratia tam amplecti ad credendum, quàm non amplecti & illam aſpernari, quod & ipſum merè Pelagianũ eſt. Nam inde neceſſariò conſequeretur, non omni ex parte gratuitam eſſe noſtram tum fidem tum ſalutem, concurrente ad illam gratiam naturali recta ad illam amplectendam facultate. Immò etiamſi totum hoc illis concedatur: (quod abſit) tamen ex eo apparet manifeſta illius ſententiæ vanitas, ex eo quòd credendi gratiam ſingulis hominibus offerri non verè dicitur, niſi fortè ſomniemus intrinſeca & extraordinaria quadam ratione tot morientibus in orbe terrarum infantibus, tot item adultorum hominum myriadibus priùs ex hac vita excedentibus, quàm de Chriſto quicquam vnquam audierint, Fidei gratiam infundi, quod delirium refutatione non eget. Denique quum expreſſum Dei verbum, tam Electionis quàm Reiectionis decretum apertè nobis proponat (quod & ipſa ratio penitus facere nos cogit) nemo alteram huiu

huiùs tractationis partem meritò expunxerit, nisi qui supra Spiritum sanctum sapere se posse profiteatur. Quid autem, obsecro, ad hoc ipsos impellit? nempe quòd metuant ne si decretum Reprobationis in Deo, cuius consilium excidere non potest, statuatur, Stoici fati inuehatur necessitas: sublatáque contingentia voluntariarum hominis actionum, Deus ipse peccatorum auctor statuatur: & in periculosissimas tentationes de particulari (vt aiunt) Electione (quum tamen certè nulla possit esse vniuersalis singulorũ electio) conscientiæ coniiciantur. Sed frustra hoc ipsos metuere partim mox ostendam in alterius quæstionis tractatione, quomodo videlicet Dei decretum & voluntas secundas causas moueat: partim verò certissimè & plenissimè ex ipsa contextus Pauli expositione, Deo fauente, ostendemus. Nunc, sicuti prius causas exposuimus, quibus Deus æternum Electionis Propositum in Electis exequitur: ita quibus mediis damnationi destinati sine vlla Dei culpa, æterno Dei iudicio aditum ex sese patefaciant, agedum demonstremus.

Summa igitur & primaria illorum exitii causa est, Originalis illorũ corruptio, spontanea Adami voluntate in ipsum primùm introducta, ac deinceps iusto Dei iudicio in omnes & singulos ipsius posteros propagata: in qua etiamsi Deus, perpetuus omnis mali hostis & vindex omnes sine exceptione homines relinqueret perituros, nemini iniuriam faceret, vt qui nemini sit debitor.

Quum ergo exceptis quos ipſi libuit, cæteros in hac corruptione relictos ſaluifica ſua gratia non dignatur, tantum abeſt, vt propterea ſit iniuſtus, aut nimiũ ſeuerus exiſtimandus, vt contra niſi ſe mali hoſtem & vindicem eſſe in aliquibus ſaltem oſtenderet, ſui ipſius oblitus meritò videri poſsit. Hæc igitur derelictio iuſta ſecundus eſt ad exitii præcipitium gradus: nec tamen efficientis cauſæ rationem habet, ſed potius deficientis, quam nonnulli cauſam Sine qua non appellant, idque fortaſſe non ſatis conſideratè. Nam propriè cauſa Sine qua non, ea eſt, quæ etſi efficiens non eſt, tamen ſic ad effectum concurrit, vt effectus ſine ea conſequi non potuerit. Sic exempli gratia, Solis occaſus non eſt noctis cauſa efficiens, ſed potius vmbra terræ, & tamẽ niſi ſol occideret, vmbra terræ nulla eſſet. At in hoc, quòd tractamus, argumento, peccati radix non eſt à derelictione, ſicut vmbra terræ à Solis occaſu: ſed ante derelictionem intra ipſum hominem inhæret. Præterea obſeruandũ eſt Derelictionis nomine non ſignificari quòd Deus corruptos & iuſto iudicio damnandos ita deſerat, & à ſe abdicet, quaſi illorum reſpectu Deus eſſe deſinat, ſicuti pater quiſpiam filium abdicans de illo nihil cogitat, neque inquirit, neque ſtatuit. Nam ſi hoc ita eſſet, conſequeretur hominem ſua contumacia ſeſe Dei imperio & prouidentiæ eximere: quod falſiſsimum eſt, vt ex Dæmonibus ipſis liquet qui vſque adeò ſubſunt Dei imperio, vt nõ niſi venia impetrata, vel in porcos ingredi potuerint. Sic ergo derelinquũtur à Deo, quos

quos iusto per medias causas exitio ab æterno constituit, vt minimè sit otiosus, sed secundùm æternam suam πρόγνωσιν, iudicis partes agat, idque non vno modo. Nam alios quidem (quorum tamen particularia iudicia nobis occulta sunt) ante adultam ætatem & intelligentiæ capacem ad iustum exitium abripit, quum omnes iræ filii nascamur, nec quisquam extra Dei in Christo fœdus seruetur: alios ad ætatem vsque adultam, imò interdum ad extremam vsque senectutem prouehit, quibus etsi (vt loquitur Apostolus) sese non relinquit ἀμάρτυρον, tamen Euangelii ne audiendi quidem gratiam (quæ vna Dei notitia saluifica est, Io.c.17,3.v.) tribuit: multis tamen aliis beneficiis ad hãc vitã pertinẽtibus illos afficiens, vt in iis quoque tolerantiam bonitatemque suam aliquatenus ad tempus testetur: quosdam verò præterea Euangelii quoque sui voce dignatur, eoúsque in nõnullos interdum beneficus vt assensum quoque, & fidei quandam speciem in ipsis gignat, atque adeò quosdam etiam ex illis insignibus spiritualibus peculiaribus donis exornet, vt in Bileamo, Saule, Iuda, & iis apparet quorum sit mentio, Matth.7.vers.23. Qua Dei bonitate ac veritate quum ipsi postea contra cõscientiæ suę sensum abutantur, tanto grauius Dei iudicium sibi sua ipsorum culpa sponte accersunt. Act.14.

Hanc igitur derelictionem sequitur Induratio, id est, ingenitæ corruptionis incrementum, veræ fidei & resipiscentiæ oppositum. Quæ induratio infligitur quidem à Deo, vt iusto Iudice, sed ita, vt illam ipse non efficiat, neque sit

aliter eius causa, quàm dici potest Magistr
pœnæ & mortis alicui facinerosо inflictæ c
Vtitur enim Deus ad exequendam hanc i
rationis pœnam eius ipsius corde quem ind
tione mulctat. Ac proinde indurat quidē I
corruptos & damnandos, partim Sathanæ,
tim ipsorum concupiscentiis iustè illos trad
Indurat autē Sathan tentans, & malas cogit
nes in illis ciens, sicut in cor Iudæ ingressu
citur: & pro suo arbitrio illaqueatos illos a
piens. Indurat denique se ipsum homo sua
rupta merè spontanea volūtate, quæ propi
est voluntariarum omnium actionum h
nis principium. Neque istis obstat quòd I
fit omnis naturalis motus etiam in singul
simis rebus auctor. Nam motrix ipsa fact
quam Deus ab initio creatám in homini
tura fouet, & quæ quatenus naturalis est,
ticulares actiones mouet, longè aliud est c
illius facultatis vitium, à spontanea corr
antea per seipsam volendi facultatis mot
promanans, sicut aliud est ipsa gradien
cultas, & ipsa ingressio quàm claudican
tium, & inde nascens claudicatio. Itaque
malam voluntatem, non quatenus mala est
quatenus voluntas est, mouēs, benè & iustè
per mouet: mala autem voluntas sic à Deo
vt se ipsam etiam moueat, quatenus mala e
lè semper sese mouet: ideóque censeri Det
ctor malæ vel cogitationis vel actionis
modo potest. Sed bonarum actionum al
ratio. Quoties enim mens benè cogitat, &
luntas benè vult, Deus non tantùm est vo
facu

facultatis auctor & motor, quatenus est à Deo Creatore naturæ humanæ insita, sed etiam quatenus bona est, & bonus illius motus, nouo videlicet gratiæ dono prauam facultatem corrigente, & correctã ad bonum finem dirigente: vnde meritò dicitur Deus in Sanctis agere & bona opera sua in Sanctis coronare. At quum de non regeneratis, & eorum cogitationibus & actionibus agitur, nouam illis prauitatem Deus, qui mali auctor esse non potest, minimè infundit, sed ingenita ipsis per primæuam illam humanæ naturæ corruptionem prauitate per ipsosmet, ad exequendum in illis iustum indurationis iudicium vtitur: & sic tandem implentibus mensuram suam induratis cordibus, Dominus illos ad suum Tribunal ex hac vita euocatos, iustis, ab æterno destinatis, pœnis addicit, gloriam suam in vlciscendo quod ipsi meritò displicet, patefaciens, haud secus, quàm suã illam immensam in seruandis electis suis misericordiam declarans, quem vltimum esse diximus ipsius in condendis hominibus scopum.

EXPLICATIO QVÆSTIONIS,
Quomodo Deus voluntate hominis vtatur.

HÆc quæstio ex iis quidem quæ paulò antè diximus, facilè intelligi potest: de qua tamen plenius nobis dicendum videtur. Sciendum est igitur in primis voluntatem à nobis in Deo

voluntas Dei.

non vno modo consideranti. Etsi enim semper bonum est quod Deus ordinat vt sit: tamen dicitur bonum quidem velle, malum autem nolle. Ex quo si cum quibusdam colligamus, nullam Dei voluntatem in iis, quæ malè aguntur, interuenire, sed nudam ipsius prescientiam, non modò ruent quæcunque de Lapsu Adami & æterno tum damnationis tum causarum, ex quibus damnatio consequitur, decreto diximus: verùm etiam illud absurdissimum & falsissimum consequetur, Dæmones videlicet & omnes homines, quatenus mali sũt, Dei imperio maxima ex parte eximi: hactenus videlicet quatenus ipsorum actiones non impedit, sed tantùm certis finibus circumscribit. Hinc illa decernentis Volũtatis & Permissionis distinctio, quàm à nonnullis perperam intelligi difficile non est demonstrare. Nam alioqui rectè explicatam minimè repudiamus, imò retinendam esse profitemur. Primùm igitur, quæso, quoties malorum actiones aduersus bonos feruntur, siue suos exploret, siue castiget Dominus, an ab hac vel exploratione, vel castigatione decretum & voluntatem Dei excludemus? Nequaquam certè, nisi non modò innumerabilibus Scripturę locis repugnare & precipua in aduersis consolatione nos ipsos priuare, sed etiam ipsi κατὰ θεὸν ἔννοιαν obsistere velimus, saltem quum de peccatorum pœnis, per deteriores etiam homines inflictis, agitur. Quod si quis Scripturæ verba expressa requirat, reperiet θελήματος nomen 1. Pet. 3, 17. & 4, 9, vbi de exploratione agitur: & eadem de re Prædestinationis vocem

vocem, Rom.8.9.vt & tota Eccleſia Hieroſolymitana Definiti cõſilii & manus Domini expreſſè meminit, de perpeſſionibus per omnium hominum perditiſſimos innocentiſſimo Chriſto illatis, agens. Et quid Iobus ille hominum iuſtiſsimus? Deus, inquit, dedit, Deus abſtulit. Et mox eo loco ſubiicitur Iob.1,22. in hoc toto non peccauit Iob, neque tribuit inſulſum quicquam Deo. Etenim Dei decretum Iobus à poſteriore (vt in Scholis loquuntur) agnouit, quod expreſſè anteceſſiſſe eo ipſo capite declaratur. Sic etiam Dauid ſuos aduerſarios vocat Dei gladium & manum, Pſ.17,13,14. Et Paulus Rom.8, 32. Pater, inquit, non pepercit Filio ſuo, ſed pro nobis omnibus illum tradidit. Cuius, verò niſi Iudæ proditoris ſcelere, furentium Iudæorum vocibus, iniquiſſima denique Pilati pro tribunali ſedentis ſententia? Et verò niſi Deo ſic in noſtrum bonum volente, ſtatuente decernente nos ab impiis etiam affligi noſſemus, qua fronte ad illum confugeremus?

Quod ad caſtigationes autem Sanctorum attinet, quibuſcunque inſtrumentis vtatur Deus, niſi illas fateamur à Deo non tantùm regi ſed etiam decerni & ordinari, quis tandem inficiabitur, niſi qui præcipuam in illis admittendis & ſuſtinendis conſolationem filiis Dei, in Patrem caſtigantem reſpicientibus, adimere velit?

Iam verò quod ad illud ſcelerum genus attinet, quibus quatenus ſunt iuſta Dei iudicia, mali inter ſe committuntur, quis in illis excluſerit Dei conſilium atque adeò decretum, vo-

luntatem, adeóque vim illam, peccatorum pœnas non promittendo tantùm vel deferendo, ſed iuſtè etiam per malos exequendo, exigentem? Talis fuit Iuliani Pelagiani error, quem agedum audiamus quàm ſolidè & quàm grauiter ex Dei verbo Auguſtinus libro contra illum 3. cap. 5. refutet. *Quid eſt (inquit) quod dicis, Quum deſideriis ſuis traditi dicuntur, relicti per Diuinam patientiam intelligendi ſunt, non per potentiam in peccata compulſi? Quaſi nō ſimul poſuerit hæc duo idem Apoſtolus & patientiã & potẽtiã, vbi ait, Si autem volens Deus oſtendere iram, & demonſtrare po-*
Rom. 9. 22. *tentiam ſuam, tulit in multa patientia vaſa iræ, quæ perfecta ſunt ad perditionem. Quid horum tamen eſſe dicis, quod ſcriptum eſt: Et Propheta ſi errauerit*
Ezech. 14. 5. *& loquutus fuerit, ego Dominus ſeduxi Prophetam illum: patientia eſt, an potentia? Quodlibet eligas, vel vtrumque fatearis, vides tamen falſa prophetantis peccatum eſſe, & pœnam peccati. An & hîc dicturus es quod ait Dominus, Ego ſeduxi Prophetam illum, intelligendum eſſe, deſerui, vt pro eius meritis ſeductus erraret? Age vt vis, tamen eo modo punitus eſt pro peccato, vt falſum prophetando peccaret. Sed illud intuere quod vidit Michæas Propheta*
3. Reg. 22. 20. 21. *Dominum ſedentem ſuper thronum ſuum, & omnis exercitus ſtabat circa eum à dextris eius & à ſiniſtris eius. Et dixit Dominus, Quis ſeducet Achab regem Iſrael, & aſcendet & cadet in Ramoth-Galaad? Et dixit iſte ſic, & iſte ſic: & exiit Spiritus in conſpectu Domini, & dixit, Ego ſeducam eum. Et dixit Dominus ad eum, In quo? Et dixit, Exibo, & ero Spiritus mendax in ore omnium Prophetarum*

eius

id ad iſta dicturus es? Nempe rex ipſe peccauit,
s credendo Prophetis. At hæc ipſa erant etiam
a peccati, Deo iudicante, Deo mittente Ange-
malum vt apertius intelligeremus, quomodo in
lmo dictum ſit, miſiſſe iram indignationis ſuæ per Pſal. 48.4
ɛelos malos. Sed nunquid errando, nunquid in-
quiequam vel temerè iudicando, ſiue faciendo?
ſit. Sed non fruſtra illi dictum eſt, iudicia tua ſic-
byſſus multa. Non fruſtra exclamat Apoſtolus,
ltitudo! Idem Auguſtinus eodē loco, Quis ita
quit) deſipiat, vt quum audierit quòd in Pſalmo Pſal. 140
itur, Ne tradas me Domine deſiderio meo pecca-
hoc dicat oraſſe hominē ne Deus ſit patiens erga
ſi Deus non tradit vt mala fiant niſi patientē bo-
tem præbendo quum fiunt? Quid eſt autem quod
tidie dicimus, Ne nos inferas in tentationem, niſi
ion tradamur concupiſcentiis noſtris? Vnusquiſ- Matt. 6. 13
enim tentatur, à Concupiſcentia ſua abſtra- Iſa. 1. 14
& illectus. An fortè hoc petimus à Deo, vt non
ɛrga nos patiens eius bonitas? Non ergo eius
ɔcamus miſericordiam, ſed potius iracundiam
uocamus. Quis iſta ſapiat ſanus, imò quis vel fu-
ius hoc dicat? Tradit ergo Deus in paſſiones ig-
minias, vt fiant quæ non conueniunt: ſed ipſe conue-
nter tradit, & fiunt eadem peccata, & peccato-
ı ſupplicia præteritorum, & ſuppliciorum merita
urorum: ſicut tradidit Achab in pſeudopropheta- 1. Reg. 22.
ı mendacium, ſicut tradidit Roboamum in fal- 22.
ı conſilium. Facit hæc miris & ineffabilibus mo- 1 Reg. 2.
, qui nouit iuſta ſua iudicia non ſolum in corpori- 24.
hominum, ſed & in ipſis cordibus operari: qui
facit voluntates malas, ſed vtitur eis vt voluerit,

Voluntatis vocabuli Homōymia

quum aliquid iniquè velle non possit. Hæc A
ſtinus. Quid igitur? Nempe primum omi
diſtinguendum eſt Voluntatis nomen, vt
quod interdū generaliter etiā Noluntatē (
loquar) cōprehendit. Quod enim Deus nō
fieri, certè idcirco non vult, quia vult nolle
nulli coactioni ſubiaceat. Itaque hac ſigni
tione rectè dicetur Deus omnia velle, ſin
exceptione, ac proinde decernere, quum i
decretum, vt quid fiat, ſiue vt non fiat, nihil
ſit, quàm voluntatis ipſius ſtatutum. At qu
luntatis diuinæ nomen ad ea duntaxat refer
tur, quæ ſimpliciter, & in ſe ipſis probat, tu
nè dicendum erit ipſum ea duntaxat velle
per ſe, & in ſeſe bona ſunt: quicquid autem
uum & iniquum eſt, fieri non poſſe quin oc

Neceſsitas euentus non tollit cōtingentē voluntatis humanæ mōtū

ac proinde prohibeat & nolit.

Deinde quum, vt idem Auguſtinus ait
Dei voluntas generaliter accepta *ſit rerum ne*
tas, & res multò plures malè, quàm benè f
videndum eſt quandoquidē tum ex illa De
luntate, tū neceſſariò euenit quicquid etiā
fit (voluntatem ſemper intellige generalite
diximus, acceptam) quomodo eorum quę
fiunt nec auctor, nec effector dici poſsit.
nam enim iure alioqui illa ſe auctore & effe
re facta vindicaret? Sciendum eſt igitur D
vt primum & ſummum motorem, ſicut o
& ſingula euentura determinauit pro illa ſ
pientiſsima optimáque voluntate, ſic etiam
dias cauſas, per quas conſtituit, vt quæ dete
nauit, eueniant, non vnius generis condi
Nam aliæ vi quadam à Creatore ipſis in

ı generaliter Naturalem vocamus, ſic ad et-
ſua merè naturalia feruntur, vt omni ſenſu
nt: quædam verò ſenſu & intrinſeca qua-
prænotionis ſpecie actiones non tantùm
: naturales illas totíque ſpeciei ſuæ commu
ſed etiam ſingulares ad circunſtantias tem-
m, locorum, & perſonarum accommoda-
:dant, vt in beſtiis animaduertimus, nullo
n cum veræ rationis diſcurſu, & nullo cum
vel mali diſcrimine. quamobrem nihil iſto
vel bene vel malè agere propriè dicitur,
uibus diſſerere nunc nobis non eſt propoſi
. Superſunt ea quibus præterea Deus tum
ligentiam ad rerum & rectarum & praua-
cauſas, partim ex intrinſecus innatis prin-
s partim ex ipſius opificis beneplacito ex-
ſecus patefacto diiudicandas & diſcernen-
ndidit: tum etiam ſpontaneum & ſeipſum
uoque vi cientem motum ad res agẽdas vel
agẽdas diſpoſitum attribuit, cuiuſmodi res
Angeli & homines, quibus vnis propter-
ıtellectus & voluntas tribuuntur, & quæ ſo-
ropterea vel benè vel malè agere dicuntur.
de Angelis non eſt à nobis nunc ſermo in-
ıtus. Itaque humanarum actionum, qua-
ıs ſunt humanæ, principium & veram cau-
efficientem in ipſa hominum voluntate po
: neceſſe eſt, quatenus videlicet agunt ho-
ıes ſuo ſpontaneo intrinſecóque motu. Qua-
us autem illa ſua vi interiore opus ſuum ſic
quuntur, vt Deus id quod conſtituit, per
s agat, non humanum, ſed diuinum hoc
ıs exiſtimandum eſt, cuius principium eſt ge
alis illa Dei voluntas: ita vt duplex ſit opus,

quod vnicum esse videbatur, & pro ratione diuersa principii, vtrumque sit æstimandum.

Itaque si cum Dei voluntate siue latiore, vt diximus, siue angustiore sensu accepta, cõsenserit hominis voluntas, vtrumque etiam opus nempe & Dei bona per regenerationis gratiam hominis voluntate vtentis, & hominis suam voluntatem regeneratã sponte bene mouentis, bonum censebitur. Sin verò hominis voluntas, voluntati Dei patefactæ repugnet, tum quanuis, vt ait Augustinus, id quod fit contra patefactã Dei voluntatem, qua nihil à se bonum censeri testatur, nisi quod cum ipsius bonitate & mãdatis cõsentit, non fiat absque interuẽtu illius generalis diuinæ voluntatis qua quicquid fit decernit, tamen malum opus cẽsebitur: & nihilominus instum & semper sanctum erit, quod Deus etiam per illã suo proprio motu peccantem voluntatem egerit. Sed hîc nobis est diligenter etiam atque etiam videndum ne consentire cum Deo statim putemus quosuis volentes quod Deus vult, vel Deo repugnare quicũque vel volunt quod Deus nõ vult, vel nolũt quod Deus vult. Nec enim spectanda est duntaxat ad cõsensum vel dissensum rectè diiudicandum res illa, quam vult aut non vult quispiã, sed animus & intentio volentis vel nolentis imprimis est attendenda, qua de re pulchrè Augustinus in Enchiridio ad Laurentium cap. 101: *Aliquando*, inquit, *bona volũtate homo vult aliquid quod Deus nõ vult, etiam ipse bona multò amplius, multoque certius voluntate: veluti si bonus filius patrem velit viuere, quem Deus bona voluntate velit mori. Et rursus fieri potest, vt velit homo voluntate*

nala quod Deus vult bona, vt ſi malus filius velit nori patrem, velit hoc etiam Deus: nempe ille vult, uod nō vult Deus: iſte verò vult quod vult & Deus. Et tamen bona voluntati Dei pietas illius potius con-ōnat, quanuis aliud volentis, quàm huius idem vol-is impietas. Tantum intereſt quid velle homini, quid Deo congruat, & ad quem finem quiſque ſuā referat voluntatem, vt vel approbetur, vel improbetur. Nam Deus quaſdam voluntates ſuas vtique bonas implet ıer malorum hominum voluntates malas: ſicut per ludæos maleuolos bona voluntate Patris Chriſtus ıro nobis occiſus eſt, quod tantum bonum fuit, vt Apoſtolus Petrus, quando id fieri nolebat, Satanas ab ipſo qui occidi voluerat, diceretur. Quàm bona approbarebant voluntates piorum fidelium, qui nolebant Apoſtolum Paulum Hieruſalem pergere, ne ibi pateretur mala quæ Agabus Propheta prædixerat? & tamen Deus hæc illum pati volebat pro annunciandā Chriſti fide, exercens martyrem Chriſti: neque iſte bonam voluntatem ſuam impleuit per Chriſtianorum voluntates bonas, ſed per Iudæorum malas, & ad eum potius pertinebant, qui nolebant quod volebat quàm illi per quos volentes, factum eſt quod nolebat, quia idipſum quidem, ſed ipſe per eos bona, illi autem mala voluntate fecerunt. Sed qualibet ſint voluntates vel Angelorum, vel hominum, vel bonorum vel malorum, vel illud quod Deus, vel aliud volentes quàm Deus: Omnipotentis voluntas Dei ſemper inuicta eſt, quæ mala eſſe nunquam poteſt: quia etiam quum mala irrogat, iuſta eſt: & profectò quæ iuſta eſt, mala non eſt.

Summa autem omnium iſtorum hæc eſt, etiamſi quod malè fit humana voluntate, non

fiat absque decreti Dei interuentu, ne quippiam dicere cogamur ipso vel inuito, vel non curante fieri (quod sine blasphemia dici non potest) non habendum tamen Deum vllius mali auctorem vel effectorem, quoniam nec quicquid decernit approbat, ratione instrumēti seipsum modò bene modò male mouentis: nec mala voluntas aliunde quàm à se ipsa mala est: nec inter Dei & malorum voluntatem est consensus: quoniā denique aliud est Dei etiam per peccantem voluntatem opus suum agentis semper bonum, quàm malæ voluntatis opus agentis semper malum.

Voluntas Dei semper vna & bona.

Quod si quis hic roget quinam Deus aliquid decernat voluntate illa generaliter accepta, quod tamen Voluntate per Legem suam aut particularem reuelationem patefactam nō probet, vnde colligunt nonnulli duas & quidem inter se repugnantes voluntates in Deo constitui: dico huius quoque difficultatis petendam ex superioribus explicationem. Sicut enim quum dicimus Deum plurima velle ac nobis hominibus etiam innumerabilia, non tamen multiplicatur ipsius voluntas, sed ea quæ vult, multiplicantur: pari etiam ratione quum vult inter se repugnantia non propterea sibi ipsi repugnat eius voluntas, sed in iis demum quæ vult, repugnantia inuenitur. Itaque quum dicitur Deus aliqua decernere quæ non probet (quo respectu Voluntatem eius generalem omnia decernentem à Voluntate patefacta non nisi iustum præcipiente distinximus) istud NON PROBARE, intelligendum est non quod ad Deum ipsum, neque quod ad ipsius opus attinet

net (hoc enim reſpectu & quicquid probat decernit, & quicquid decernit probat, vt & quicquid agit) ſed de ipſius humanæ volũtatis motu, quatenus ipſa ſeſe mouet, accipiendum eſt. Exẽpli gratia, voluit Deus euerti Hieruſalem, voluit & Satan, voluerunt & Chaldæi, & opus Dei feciſſe Chaldæi dicuntur, adeò vt propterea Deus Nebucadnezarem ſeruũ ſuum vocet. Quatenus igitur hoc opus Dei eſt qui decreuit illud faciẽdum & factum probauit, iuſta hîc omnia. Nam iuſtum opus Dei eſt, pertinaciter rebellantes vlciſci, & pios tum aberrãtes caſtigare, tum variis modis explorare. Quatenus autem hoc opus ambitioſiſsimi & ſęuiſsimi Tyranni, & ſceleratiſsimorum prædonum opus eſt, meritò illud damnauit Deus, &, exciſa Babylone, vltus eſt, quãuis non abſque ipſius decreti interuentu patratum. Sed vnde hæc diſcrepantia? inquies. Nempe ex eo quòd totius in duobus hominibus humani generis natura bona quidem creata fuit, ſed mutabilis, ſe ipſam intrinſeco ſuo ſpontaneo motu mutauit. Vnde quicquid omnium non regeneratorum hominum voluntas vult, malè vult, & quicquid agit, malè agit: Deo nihilominus & per hos, & per illos, quoties, quando & quocunque modo ipſi libet, iuſta ſua decreta exequente, id eſt, vt ante diximus, partim malos inter ſe committente, partim ſuos modò caſtigante, modò gloriæ ſuæ & illorum boni cauſa variis certaminibus explorante & confirmante.

Pergunt tamen nonnulli obiicientes duas nihilominus voluntates, & quidem inter ſe con-

trarias in Deo constitui, si vocari ab ipso non nullos dicamus, quos tamen seruatos nolit, qui statuendum sit vel Vocationem esse certum diuinæ de iis, qui vocantur, seruandis voluntati testimonium: vel Vocationem, quod ad reprobandos & damnationi destinatos attinet, merum esse Dei ludibrium, qui aliud per os ministrorum testetur, quàm ipse factum velit. Qui etiam citant illud Christi dictum ad pereuntem Hierusalem: Quoties volui congregare filios tuos, & noluisti? Absit autem à nobis vt tale quidquam Deo affingamus. Respondemus ergò ex illo eiusdem Christi dicto, Multi vocati pauci electi, latius patere Vocationem, quàm Electionis decretum. Falsum igitur assumunt qui Vocationem externam omnem putant esse diuinæ Electionis testimonium necessarium nec animaduertunt sese, quum sic loquuntur, ex Scylla in Charibdin ruere. Nã certè si quoscunque Deus exterius vocat, seruare decreuit, aut inuito Deo pereant oportet qui vocanti reluctantur, aut illos non nisi mutata voluntate tandem damnauerit Deus, aut cum Pelagianis statuendum erit, Dei decretorum exitum non ab eius volũtate immota, sed ab hominum arbitrio pendere, in quorum arbitrio situm sit, vel irritum, vel ratum facere Dei decretum: vel denique huc deueniendum erit, vt sentiamus Deum nihil de hominibus nisi ex merè liberi ipsorum arbitrii præuisione statuisse, vt non penes figulum (vt scitè loquitur Augustinus) sed penes lutum sit vel decoris dignitas, vel dedecoris contumelia. Stat igitur illud, exter-

nam

im Vocationem ſic diſtinguendam, vt ea qui-
:m ad Electos pertineat, quæ cum interiore
:ra coniuncta eſt, Spiritu ſancto videlicet au-
:s cordis aperiẽte, & per verã fidem, quod foris
ıditur, intus ſanciente, vt paſsim Scriptura te-
atur. Cur igitur, inquies, exterius vocat? Nem-
e vt in illis iuſto ſuo iudicio magis ac magis
edditis ἀναπολογήτοις, & ſua ipſorum pertinacia
ıduratis, terribilis ſuæ ſeueritatis edito iuſtiſ-
ımo exemplo, quanta ſit ſua in ſuos Electos be-
ignitas declarans, eò apertius gloriam ſuam
trinque, nempe & in miſerendo, & in iudican-
lo demonſtret. Itaque ſimulator non eſt Deus,
ed contra non minus cum reprobis, quos ipſe
ulli debitor, vel nunquam, vel inefficaciter
ocat, quàm cum Electis, quos gratis, & intus
er Spiritum ſuum & per verbi miniſterium fo-
is vocat, ſeriò ſe agere quod agit reipſa tandem
ıſtendit. Quod autem attinet ad illud Chriſti
ictum, conſiderandum id eſſe, reſpondeo, non
:ternæ ipſius Filii voluntatis, quam vnam &
andem habet cum Patre, reſpectu, ſed habita
pſius tanquam hominis ad patefaciendum E-
ıangeliũ miſsi ratione, ſiue quatenus fuit Cir-
ıunciſionis miniſter: quo ſenſu accipiendum
tiam illud eſt: Sicut miſit me Pater, ita & ego
nitto vos, certè non quod ad Mediatoris mu-
ıus, ſed quod attinet ad rationis Euangelicæ
ıiniſterium. Miniſtros autem verbi omnes ex
animo cupere, vt credant & ſalui fiant, ad quos
ocandos mittuntur, mirum non eſt, vtpote
uibus illud ſuum de ſingulis perſonis arca-
ıum Dominus, niſi fortaſsis extra ordinem, non

patefecerit, vt Moſi quum ad Pharaonem mitteretur, & Eſaiæ ad pleroſque ſeſe induraturos miſſo. De hac re verò vt magis etiam liqueat, conſiderare nos & expendere oportet inſignem illam tum Eſaiæ Regi Ezechiæ mortem tanquam certò futuram, nec tamen ſequutam, ex ipſo Dei mandato denuntiantis, tum Ionæ Nineuitarum exitium, quaſi intra quadraginta dies futururum, fruſtra quod ad exitum attinet, prædicentis. Ex his enim exemplis manifeſtè conſtat, Deum, quum planè ſit immutabilis, nec ſemper quod externo Verbo teſtatur ſe facturum, facere velle vel decreuiſſe: nec arcanam ſuam voluntatem ſemper Verbi ſui miniſtris patefeciſſe: nec tamen propterea corde duplicem, vel irriſorem habendum: quum id, quod ſicagit (etiamſi ab hominibus neque per quos loquitur, neque quos alloquitur, intelligatur ipſius cõſilium) ſeriò ſemper aget, ſiue in iis quos terrere vult, & ad pœnitentiam adducere, non perdere, minas illis tanquam irreuocabilia decreta proponens, ſiue in iis, quos meritò vult perditos, bonitatis ſuæ guſtum aliquem præbens, cuius ſpontaneo contemptu magis ac magis ſuam improbitatem teſtentur.

De Angelorum & primorum hominum lapſu.

IAm autem nobis ad aliam difficultatẽ reſpondendum eſt, ſed quæ rurſum ex ſuperioribus facilè poſsit expediri, Si Dei videlicet decretum neceſsitatem volũtati ſiue Angelicæ, ſiue humanæ

nę impoſuit, quînam non ſit ipſe illius depraua-
tionis, ſiue lapſus auctor. Reſpõdeo rurſũ gene-
raliter neceſſario quidem euenisſe: id quod
Deus determinauerat, ſed non inde conſequi
ex media cauſſa neceſſaria id euenisſe: ac proin-
de neceſsitate ipſius euentus non fuisſe ſubla-
tum cauſſæ mediæ, id eſt, voluntatis Angelicæ
vel humanæ motum ſponte & liberè ſeipſum in
id quod Deus qui falli non poteſt determina-
uerat, inclinantem. Aliud enim eſt Neceſsitas, a-
liud Coactio: quarum illa voluntatis contingẽ-
tiam (de qua mox dicemus) non tollit, iſta verò
voluntatem etiam ipſam agentis perimit, quum
coactionis quidem principium mouens ſit ex-
trinſecum, voluntatis autẽ intrinſecum & ſpon-
taneum. Vt planius intelligatur, dico tum An-
gelorum, qui in veritate non ſteterunt, tum ho-
minum illorum duorum voluntatem talẽ fuiſ-
ſe conditam, vt ſi ipſam, qualis erat in ſeſe, con-
ſideres, fatendũ ſit ea ipſa facultate à Deo Crea-
tore optimo inſita fretam, potuiſſe vel ad bo-
num vel ad malum ferri, ac proinde contingen-
ter ad malum eſſe prolapſam, ſeſe nimirum non
coactè, ſed ſponte prorſus & vltro, atque adeò
repugnante ipſorum hac in re, id eſt, in ample-
xando malo, voluntati, recta ipſorum intelligen-
tia. Stat enim illa τῶν ἀντικειμένων contradicen-
tium regula, neutrum illorum eſſe δυνάμει neceſ-
ſarium, ſed tamen ἐνεργείᾳ alterum illorum eſſe
neceſſarium. Exempli gratia, frangi & integrum
manere ſunt contradicentia: alterutrum igitur
Chriſti oſsibus, non vtrumque ſimul euenire
potuit, & alterum tamẽ ἐνεργείᾳ, id eſt reipſa fieri

in Christi ossibus oportuit. Carnifices igitur quod ad ipsorum potestatē & voluntatē attinet, vel frangere vel integra relinquere Christi ossa potuerunt. Contingenter ergo Christi ossa integra reliquerunt, ipsorū volūtate sese non coactè sed sponte ac etiam inscienter ad id inclinante quod Deus ante omnia sæcula determinatum prædixerat. Sic Christus ante horam illam, quod ad mortalem ipsius naturam & malam aduersariorum voluntatem attinet, trucidari potuit. Itaque hora illa à Patre determinata, contingēter naturæ ipsius mortalis & malæ aduersariorum voluntatis respectu trucidatus est, quia illa quoque hora illo respectu tam in vita relinqui, quàm trucidari potuit, qui tamen quod ad Patris voluntatem & decretum attinet, non nisi hora illa trucidari potuit, & propterea hoc respectu necessariò hora illa fuit trucidatus. Idem igitur & de Angelorum illorum, ac hominum primo lapsu cogitādum est, cuius neque auctor neque fautor fuit Deus, causa media, id est, mutabili illorum voluntate sic vtens, vt eius naturā liberam & spontaneam vlla coactione minimè immutaret. Sicut etiam nunc mutatis ac deprauatis illorum voluntatibus sic vtitur, vt totum vitium in ipsis hæreat, & per illas quoque peccantes iustissima sua æternáque consilia exequatur.

Quid ergo? dixerit aliquis, Num nūc quoque vel illi Angeli mali, vel corrupti nascentes homines, vel ad bonum vel ad malū ferri intrinseco suóque motu possunt? Minimè verò. Totus enim in malo positus & immersus est Satan

tan cum Angelis ſuis, nihil niſi Dei terribile iudicium expectans. Homines autem dicere vllam ad verum bonum cogitandum vel amplectendum diſpoſitionem, nedum habitum, ante aduentitiam regenerationis merè gratuitam gratiam habere, tam falsò & ineptè quiſpiam dixerit, quã ſi quis putre cadauer (cui ante gratuitã illam viuificationem ab Apoſtolo comparamur Epheſ. 2, 1.) vllo vitali ſenſu vel motu præditum eſſe ſentiat. Ergò (inquies) quo iure dãnatur peccati, qui non niſi ad malum ferri poteſt? Optimo certè iure. Primum quoniam non vult ne tenebras quidem ſuas agnoſcere, nedum vt medicum & medicinam admittat, iuxta illud: Si cęci eſſetis, vtique videretis.

Deinde quoniam hæc ſub Peccatum mancipatio, in qua filii iræ omnes naſcimur, non à creatione, vt impii Manichæi ſentiebant, ſed à voluntaria rectæ naturæ mutatione profecta eſt. Debitores autem qui præſertim culpa ſua facti ſunt non ſoluendo, nihilominus debitores manent, nec fit illis à creditore iniuria, ius ſuum repetente, niſi fortè ſi quibus creditori videatur ex mera liberalitate debitum remittere.

Tertiò etiamſi omnem malæ voluntati libertatem in vtramuis partem de re vlla deliberandi Deus ademiſſet, ſolus tamen ſponteneus ille motus malus, coactioni oppoſitus ſufficeret illi vni in culpa conſtituendæ. Sed libertatem ne malæ quidem volũtati, in vtramuis partem ſua ſponte flexibilem, ſiue ἑκούσιον, adimimus: ſed hoc dicimus, primos illos duos homines ad

imaginem Dei conditos, ſicut intelligẽtiã lucidam habuerunt ad cognoſcendum & probãdũ verè bonum, ac proinde, ex ratione contrariorũ, ad malum à Deo interdictum dignoſcendum & deteſtandum : ita voluntatem habuiſſe, vel ad bonum illud ſequendum, vt verè ὀρθὸς λόγος dictabat, vel ad malum illi bono præferendum, ſuggeſtioni Satanæ potiùs quàm verè rectæ illi rationi obtemperando : ac proinde flexibilem vel ad bonum vel ad malum voluntatem habuiſſe. Adempta verò intelligentiæ luce, (quantum quidem ad ſaluificam veri Dei cognitionem & officij, quod tum Deo tum proximo homines debent) & voluntate eoúſque deprauata, vt ne iſtius quidem rectæ rationis reliquiis quæ ad omnem homini adimendam excuſationem ſuperſunt, plerumque obſequatur, ſed, vt inquit illa apud Poetam, Videns & probans meliora, id eſt, minus mala, deteriora tamen ſequatur: ſupereſt vt voluntatem humanam concludamus, qualis per peccatum euaſit, nunquam inter verè bonum & malum deliberare : ſed vel inter illa, quę ſpeciem quidem boni habent (cuiuſmodi ſunt Philoſophicæ omnes virtutes) ſed verè bona non ſunt, quamuis alia longius, alia propius à vero fine abſint : vel inter illa & verè & penitus mala : vel denique inter hæc vel illa merè mala deliberantes pendere : & quamcunque partem elegerint, non niſi peccare : quoniam hæc illorum libertas verè eſt ſeruilis, vt meritò dicat Apoſtolus venundatos eſſe omnes homines ſub peccato, &, vt ait Chriſtus, peccati corruptionis ſeruos.

Quòd

Quòd si quis hic roget, quod igitur sit illud Dei bonum opus quod per primos illos homines, quantumuis peccantes, iustè fecit: respondeo fuisse præparationem tũ ad iusti sui iudicii executionem aduersus eos quorum ipse nulli debitor non sit miserturus, tum ad bonitatem suam in iis, quos ab æterno decreuit per misericordiam seruare, longè excellentiore ratione, quàm si nunquã in Adamo lapsi essent in Christo ipsa declarandam. Quod si quis vlterius progressus roget, quid per alios ab Adamo propagatos agat: respondeo ex præcedentibus, opera Domini iusta per malas malorum voluntates esse tum malorum per malos punitionem, tum bonorum aberrantium per eosdem quoque interdum castigationem, tum suorum, quãtumuis rectè incedentiũ, partim exploratione, partim προφυλακτικὼ (vt medici loquuntur) paternã solicitudinem, vt felix tandem afflictionem & probationem exitus ostendit. Dico etiam aliquid amplius, nempe non tantùm per malos sed etiam in malis Dominum iustè obire iudicis partes, non quòd nouam illis malitiam infundat (nunquam enim est mali auctor) nec etiam duntaxat, quòd illos non fulciat: sed quòd etiam eos adiecta Sathanæ efficacia, suis ipsorum concupiscentiis excæcandos & indurandos dedat. Magna igitur fuit Castellionis inscitia qui hæc inter se vt repugnantia commisit, Deum induraſſe Pharaonem, & Pharaonem cor suum induraſſe. Nam etiam Deus interdum verbo suo proposito, impiorum improbitatẽ iusto suo iudicio acuit, vt non tãtùm in Pharaone

cta subiiciatur, reiectauit. Et vt aliquis
sequens, vt si Deo certus est omnium ordo ca
ideò nihil sit in nostra voluntatis arbitrio.
quippe nostræ voluntates in causarum ordi
qui certus est Deo, eiusque præscientia cõtineti
niam & humanæ voluntates humanorum
causa sunt. Item eodem loco, *Voluntate*
tantum valent, quantum Deus eas valere voli
præsciuit, & ideò quidquid valent, certissimè
& quod ipsæ omnino futuræ sunt, quia valitur
cturas ille præsciuit, cuius præscientia fallı
test. Et iterum, *Si definitur illa esse necessitas,*
dum quam dicimus, vt ita sit aliquid vel ita
scio cur eam timeamus, ne nobis libertatem auf
bertatis. In summa igitur, quicquid Deu
conditionc futurum decreuit, euenire o
ex conditionis impletione, quæ si à nec
causis pendet, necessariò quoque euenit
cessitate consequentiæ & necessitate cons
tis: sin verò à contingentibus, cõtingẽtı
que, quòd ad ipsas causas, euenit: nec
verò non ex consequentis, sed ex consequ
duntaxat ratione, si decretum Dei imm
spectetur. Et de his quidem hactenus. Nu
ipsum Pauli contextum accedamus.

EXposuit Paulus luculentissimè omniu
stificationis nostræ partium mysteriũ
in Euangelio patefactum, cuius hæc summ
nos in vnico D. N. Iesu Christo per fidei
prehenso gratis seruari: cui tractationi nis
damentum substrauisset quo fides ipsa
niteretur, siue fontem aperuisset à quo em
itidemque media explicasset quibus tan

d

defluxu quodã nobis per Spiritum ſanctum in-
ſinuatur, manca & inutilis eſſet ſuperior omnis
tractatio. Quinam enim Fide quantauis præditi
in tentationibus vel leuiſſimis ſubſiſteremus ea
ſecuritate certiſſimaque fiducia præditi, quam
extremo ſuperiore capite deſcripſit, ſi ſeipſa, aut
intra nos ſito quantocunque robore niteretur.
Hoc igitur proſpiciens Apoſtolus capite ſupe-
riore ſicut à Dilectione, qua Deum diligimus,
tanquam effecto Fidei neceſſario & ipſis ſenſi-
bus noſtris perceptibili ad Fidem aſcendit, ita
à Fide ad Vocationem, à Vocatione ad Prædeſ-
tinationem, à Prædeſtinatione denique ad æ-
ternum & immotum Dei Propoſitum nos ſub-
lexit, in quo demum anchora Fidei ſpeique no-
træ defixa, tempeſtates omnes facilè ſupere-
mus. Hoc autem arcanum paucis verbis &
ἐπ' ἔσχατῳ extremo capite ſuperiore propoſi-
um, nunc demum per partes ex profeſſo expo-
endum ſuſcepit, tractatione ipſa in duas præci-
uas partes diſtributa: quarum vna à verſiculo
incipiens, & verſ. 23. terminata, doctrinã ipſam
prædeſtinationis diuiniſſimè declarat: altera ve
ò ad 12. vſque caput, quæ ſit ipſius doctrinæ ap-
licandæ ratio, & quis illius vſus oſtendit. Di-
tinguenda enim accuratè ſunt hæc duo, quæ
ui permiſcuerũt, maximos & pernicioſiſſimos
rrores in hanc doctrinam inuexerunt, qua ta-
ẽn ſublata, ne definiri quidem ipſa Fides po-
eſt, nedum vt per illam conſcientiæ noſtræ pa-
ificari poſſint.

Vtitur autem Apoſtolus diuiniſſima prorſus
methodo in hoc argumento alioqui obſcu-

riſsimo, dilucidè & perſpicuè explicando, non θητικῶς, ſed hypotheſibus, ſiue exemplis prorſus ἀναμφισβητήτοις deſumptis, & vbique ad ipſam doctrinam docendam & probandam adhibitis, vt res ipſa penè oculis ſubiici videatur. Inter has verò hypotheſes primum quidem locum tribuit maximæ Iudæorum partis Reiectioni, in qua Reprobationis, alterum verò Gentium Vocationi, in qua Electionis Propoſitum tanquam in ſpeculis quibuſdam ſpectandum, proponitur, idque duabus præcipuè de cauſis. Primùm enim nullum certius & illuſtrius exemplum in vtramque partẽ ſumi potuit. Probato ſiquidem non in pauculis aliquibus ſed in multitudine penè innumerabili Reprobationis Propoſito, quis aliquos reiici mirabitur? Et rurſum hoc ipſo non in extraneis aliquibus, ſed in eius ipſius Gentis maxima parte demonſtrato, cum qua ſalutis fœdus erat peculiariter ſancitum, quis inficiari poſsit Reprobationis decretum à liberi Dei voluntate proficiſci? Sic in altera viciſsim parte quiſnam, animaduerſo Gentium efficaci Vocationis exemplo, non conceſſerit à Deo quoſcunque ipſi libuit, Electioni deſtinari, idq; nulla alia ipſius voluntati cauſa προηγουμένη præeunte præter vnicam ipſius liberrimam voluntatem? Deinde etiamſi tractationem de Prædeſtinatione non inſtituiſſet Apoſtolus, nil tamen huic offendiculo occurriſſet, quod ex Iudæorum obſtinatiſsimè, pauciſsimis exceptis, Chriſto tanquam falſo Meſsiæ reſiſtentium pertinacia oriebatur, ruitura videbantur quæcunque de Fide in Chriſtum, & eius effecti

effectis docuerat. Etenim quotocuique probabile esset, nisi certis rationibus, sacrisque testimoniis confirmato, Messiam eum esse habendũ qui à suis non agnosceretur, ab extraneis autem reciperetur? Meritò igitur Paulus ab hac hypothesi occasionem huius pertractandi mysterii arripuit, non vt in ea subsisteret, quemadmodum falsò nonnulli sunt arbitrati: sed vt ex hac hypothesi theses huius doctrinę generales eliciantur. Inde verò & illud consequitur duplicem quodammodo, siue geminam esse oportere huius loci explicationem: vnam videlicet, quæ ad hypothesin reiectionis Iudæorum, alteram quæ ad ipsam thesin doctrinæ de Prędestinatione referatur, quod sedulò facere studebo.

AD ROM. CAP. IX.

VERITATEM *dico.*) Quum Apostolus superiore tractatione probasset in vnico Iesu Christo, per fidem apprehenso, positam esse æternam vitam, consequebatur extra spem salutis esse Iudæorum gentem ex maiore sui parte æstimatam, quum sese Christi & Euangelii hostes esse Iudæi (paucissimis exceptis) profiterentur. Hoc verò non modò falsò dici sed etiam cum blasphemia coniunctum esse videri poterat, quum ex eo consequeretur, excidere igitur posse Dei verbum, id est, fœdus vitæ æternæ per Messiam cum Abrahamo & eius sobole peculiariter sancitum, & infinitis penè adhibitis fi- Vers. 1. 2. 3 4. 5.

gilis confirmatum. Neque his obstat hæ
ceptio, tribuendam non esse huius reiecti
culpam Deo, sed ipsis fœdifragis Iudæis.
si enim (quod postea Paulus ostendet) non
sed Iudæorum culpa & incredulitate obie
ista contingebat : tamen hoc non videb
Deum à mutabilitate satis excusare, vt
cuius fœderis efficacia, non ab ipsis Iud
sed ab ipsius Dei veritate penderet, q
se vltrò huic genti obstrinxerat, & propt
videtur debuisse, sicuti salutem, ita etiam co
cile ipsis præbere, atque adeò reipsa præs
Contrà verò Apostolus in eo nunc versat
& Deo suam constare veritatem & Iudæo
gentem ex præsente cõtumacia & maxima
parte æstimatã suo merito excisã esse, & à C
sti beneficio excluſam demõstret. Vtitur a
insinuatione lõgè grauissima & planè diuin
mnes Iudæis prærogatiuas tribuẽs, quibus
gentem Deus à cæteris discreuerat, & sanc
mo iureiurando affirmans tantum abesse, v
uo aliquo affectu impulsus, tam horribil
sua gente testetur, vt contra vel suo ipsius c
libenter, si fieri sic posset, istam illius reiect
fuerit redempturus. Singulas autem huius
nuationis partes nunc attingere non place
rem ipsam potius aggrediemur.

cr.6. *Fieri tamẽ nõ potest, vt exciderit sermo Dei.*) (
sit iste sermo Dei, quũ satis notum esset, ne
sic vocari Fœdus vitæ æternæ cũ Abraham
eius sobole sancitũ, necesse non fuit à Paul
plicari. Est autem hæc sentẽt a in vniuersu
ra, quum Deus neque mutari, neque mẽtiri

vt

iodo posſit, ac proinde fieri sit neceſſe, quod
uturum in ſeſe decreuit, præſertim quoties hoc
ium decretum expreſsis verbis est teſtificatus:
uod ipſa profanis quoque hominibus veritas
erſuaſit. Hinc enim illud Homericum,

ἐ γὸ ἐμὸν παλινάγρετον, ὲδ' ἀπατηλὸν,
ὲδ' ἀτελεύτητον γ' ὅ,τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω.

Et quod in contrariam partem affertur à Celſellione, & impiis eiuſdem farinæ, hominibus, ex Ieremiæ 18, 7. & deinceps, itidēque ex hiſtoria morbi Ezechiæ, & pœnitētiæ Niniuitarum, atque adeò ex Lucæ 7. 30. vbi verbum ἀτηθῶν Reſcindere interpretatur, puerilis est paralogiſmus. Lōgius enim multò patet Verbi diuini appellatio, quàm eius decreti ſiue cōſilii quo ſe facturum vel non facturum aliquid denunciauit: nec etiam vna eſt huius denunciationis diuinæ ſpecies. Multa igitur præcipiēdo loquitur Deus & monendo & hortando, quæ tamen euentum non ſortiuntur: nec tamē propterea excidit Dei verbum, id eſt decretum: quoniam ſic loquēdo Dominus, non quid facere vel nō facere decreuerit, ſed quid ſibi ab hominibus debeatur, oſtendit. Sic quoque multa, quoties libuit, denunciat impliciter ſe facturū Dominus, vt Ezechiæ & Niniuitis, quæ tamen non facere decreuit, nec propterea hypocrita vel mendax cenſendus eſt. Comminantis enim, non decernentis, ſunt eiuſmodi denunciationes, ſpecie tamē ſimplicis decreti prolatæ, vt eò vehementius homines, eiuſmodi ſtimulis egētes, ad peccati ſui conſideranlam magnitudinem vel inuiti adigantur. Cōſilium autem Dei, quod Luc. 7. 30. dicuntur Pha-

risæi aduersus semet ipsos ἀπρόσκοπον. i. irritum & inutile sibi sua contumacia fecisse, nihil ad illud Dei decretũ de rebus futuris vel nõ futuris pertinet, sed in genere significat Dei beneficiũ per Ioannẽ Iudæis indefinitè oblatũ alios credendo sibi fructuosum, alios repudiãdo sibi nò tãtùm infructuosum, sed etiam damnosum reddidisse. Sicut & Euãgelium, quod ab Apostolo Act. 20. 27. Consilium Dei vocatur, & à Zacharia Luc. 1. 77. Scientia salutis, aliis est odor vitæ ad vitam, aliis odor mortis ad mortem: nec tamen propterea rescindi potest Dei decretum de præordinatis ad vitam Act. 13. 48. aut de cæteris ad iudicium descriptis Iud. 4. & ad hoc ipsum positis 1. Petri. 3, 20. Aio igitur tam impium esse dogma, quo dicitur rescindi posse Dei verbũ, ideſt quod Deus se facturũ decreuerit, ac præsertim verbo suo sit testatus, (cuiusmodi est illud, de quo hic agit Apostolus, Dei videlicet Fœdus cum Abrahamo & eius sobole sancitum) quàm blasphemum est dicere vel Deũ mutari posse, vel penes hominum voluntatem positam esse Verbi diuini veritatem aut falsitatem. Et quàm ista nihilominus voluntariarũ hominis actionum cõtingentiam non tollant, paulò antè declarauimus. Fuit autem Iudæorum eiusmodi argumentum. Excidere non potest Dei verbum de sobolis Abrahami salute: Ergò Abrahami semen. i. Iudæorum gens, à salute excidere non potest. Hoc autem concesso, consequebatur, Christum, quem annuntiabat Paulus non esse verum illum Messiam, in quem respiciebat illud æternæ vitæ fœdus, quum à Iudæis non admitteretur. Antece-

dens

is verò huius Enthymematis, quod ad prio-
a eius partem attinet, Paulus penitus conce-
, nempe quòd fœdus illud Dei excidere non
ſsit: in poſteriore verò parte nomen ſeminis
vt ſequitur, diſtinguit.

Non enim omnes, qui ſunt ex Iſraele, ſunt Iſrael.)
eſt, Non quicunque ex Iacobo patre totius
laicæ gentis communi nati ſunt, propterea
aelitæ illi ſunt, ſiue illud ſemen quicum fœ-
s illud, quod excidere non poteſt, ſancitum
t. Non valet (inquam) hæc conſequutio: Si
:idit Iſrael, excidit Dei verbum, quum du-
x ſit Iſrael, vnus videlicet in fœdere com-
:henſus: alter verò non item. Itaque vitium
us enthymematis hoc ipſum fuit, quo non-
lli etiamnum hodie laborant qui pro Indefi-
a Vocatione (eſt autem Vocatio in hoc argu-
nto, id quod ſermo Dei dicitur, id eſt, Pro-
ſsionis diuinæ declaratio verbis facta) Vni-
ſalem ſtatuunt, quum tamen hæc duo plu-
ùm inter ſe differant. Nam in Vniuerſali fal-
is ineſt, ſi cõtrarium vel in vnico inueniatur,
ſi dari vel vnus homo poſsit, qui non ſit ani-
l, falſa erit vniuerſalis enunciatio, omnis ho-
› eſt animal: at vt Indefinita ſit vera, ſatis eſt, ſi
aliquo ita ſit, vt illa ſignificat: ac proinde ſi
vnus duntaxat ex Abrahami poſteritate, ſal-
s ſit, non exciderit illud Dei verbum, Ero
:us tibi & ſemini tuo.

Neque quia ſunt ſemen Abrahæ, ideò omnes ſunt ver. 7.
:) Quoniam Iacobi meminerat vt commu-
duodecim Patriarcharum patris, ne quis mi
etur id ab eo factum, quum illud fœdus de

quo igitur, initio fuerit cum ipso Abrahamo sancitum, ideò ad hunc vsque conscendit, idem inculcans, nempe non quosvis Abrahami filios pro semine benedicendo cẽsendos: quod prolato ex ipsius Abrahami familia exemplo probat.

Sed in Isaac vocabitur tibi semen.) Vtitur Paulus verbo κλῆσις partim ex Hebrææ linguæ idiotismo, quo vocari res aliqua dicitur nõ temerè, sed ita vt ex nomine, quòd sit, & quid sit indicetur. Sic dicuntur vocari quæ non sunt, tãquam sint, allusione ad rerum creationem facta, Deo res nondum existentes nominatim quasi iam existentes citante, & hac sua veluti voce efficiente vt existerent, ipso videlicet Nihilo mãdatum Dei ex nihilo cuncta creantis exaudiente. Sic fuit huic Abrahami filio veróque semini, nomen Isaaci impositum, quod Apostolus post Mosen hoc verbo κλῆσις designauit. Sed aliud præterea mysterium longè reconditius latet in nomine Seminis quod sicut proprium vindicatur Isaaco, vt hac appellatione ab Ismaële discernatur, quamuis sit & ipse, Deo sic iubente, Ismaël vocatus. Probat igitur hoc testimonio Paulus suum ad superiorem Iudæorum obiectionem responsum, nempe non omnibus ex Abrahamo prognatis conuenire Seminis nomen, ac proinde non excidisse verbum Dei, etiamsi Iudæorum vel maxima pars Christum non agnoscens exciderit.

Hoc est, non qui filij carnis, ij Filij Dei : sed qui sunt filij promissionis censentur in semine.) Probato non omnes ex Abrahamo prognatos esse *semen illud*, quicum æternæ vitæ fœdus erat sanci-

tum

citum, ſupererat vt proferret Paulus notam ex qua veri filii in fœdere comprehenſi ab aliis, quamuis ab eodem Abrahamo prognatis, diſcernerentur. Hic verò interrogatus eorũ quiſpiam, qui æternæ prædeſtinationis immotum decretum oppugnant, alii quidem vtrinque, id eſt, tum in Electione, tum in Reprobatione: alii verò (multò certè ineptius) in Reprobatione duntaxat, quid reſpõderit? Nempe veros Abrahami filios ab adulterinis Fide & Fidei fructibus, vt è contrario adulterinos à veris, Incredulitate & Incredulitatis fructibus dignoſci. Et hoc quidem verum eſt, quod ad æterni decreti Dei realem exequutionem, & eiuſdem inter ipſos homines dignotionem attinet. Sed iſta certè nihil ad rhombũ. Nec enim id quæritur, vnde manifeſtentur Electi vel Reprobi. Sed quæſtio eſt, An Dominus cum Abrahamo & ipſius ſemine vitam æternam paciſcens, ſingulos ex Abrahamo naſcendos comprehenſos voluerit: an verò certos duntaxat pro bona ſua voluntate ad hanc beneficentiam percipiendam deſtinatos. Huius quæſtionis partem priorem ſi voluiſſet tueri Apoſtolus, (vt hodie facere nonnulli conantur) neceſſe fuiſſet ipſum ex his duobus alterum fateri, nempe vel Deum poſtea voluntatem mutaſſe, vel ab hominis arbitrio, in cuius eſſet poteſtate credere vel non credere (neutrum autem iſtorum Chriſtianum eſt, ſed illud quidem manifeſtè impium, iſtud verò prorſus Pelagianũ) ſuſpenſam fuiſſe diuinæ voluntatis efficacitatem. Neutrum igitur iſtorum vel leuiſſimè attingit hoc loco Paulus, quo-

niam à quæstione proposita prorsus aberrasset; disputationem autem illam de reali tum Electione tum Reprobatione ex proximis causis dignoscenda, in suum locum differt. Sed duplex illud semen, ex decreto diuino, (sicut proposita Iudæorum obiectio & inde nata quæstio postulabat) discernendum docens, vnum sc mẽ dicit esse carnis, cuius exemplum est Ismael alterum promissionis, quod spectari vult in Isaaco. Et vt intelligeretur quid sit filiũ esse promissionis addit,

Promissionis enim sermo hic est, hoc ipso tẽpore veniam, & erit Saræ filius.) Ex his verbis manifestissimè liquet, Promissionis nomine non intelligi quidquam in Isaaco præuisum, vt illi somniant qui loco Promissionis statuunt Fidem & Fidei fructus in Isaaco, quæ præuiderit Deus quum Isaacum ab Ismaele discerneret. Nã contra Paulus discrimen inter Ismaelem & Isaacum, ideſt inter semen in fœdere vitæ æternæ nõ comprehensum, & verum semen in fœdere comprehẽsum, in ipsa Dei voluntate, quam προθεσιν vocare solet, considerans, profert promissionem non quæ Isaacum veluti iam natum & credentem respiciat, sed contrà cuius vi nasciturus ẽ hæres, ideſt fœderis æternæ salutis particeps futurus erat Isaacus. Neque verò existimari potest Deum hîc nobis à Paulo proponi tanquam tum primum de Isaaco nascituro & hærede futuro statuentem, sed potius quod ab æterno statuerat, tunc demum istius promissionis verbis Abrahamo patefacientem. Nouum enim consilium Deus capere, dici sine impietate nõ potest

que

oniam in eum mutabilitas caderet. Et quo-
stale quippiam in Scripturis dicitur, intelli-
ndum illud eſt non ipſius Dei, qui ſemper v-
s & idem eſt, ſed noſtri & diuerſorum ac etiã
erdum contrariorum effectorum reſpectu.
verò non conſiderans Caſtellio, ideóque
:ens reſcindi poſſe ab hominibus Dei conſi-
m, & Deum ſpe ſua fruſtrari, in blaſphemias
nifeſtas ruit. In ſumma igitur ſignificat Pau-
eos demum eſſe Abrahami filios in Fœdere
nprehenſos quos ipſe Deus dat Abrahamo
eterna & gratuita ſua bonitate, quam non a-
ide, quàm ex ipſius ἐλπίζε proficiſcente pro-
ſione, declarat. Hęc enim vocis ἐπαγγελίας pro-
i & germana ſignificatio eſt. Ex his autem
um eadem ſit neceſſariò contrariorum do-
na) intelligendum relinquit Paulus, quínam
:entur filij carnis, hi nimirum, qui patrem
dem etiam habent eundem Abrahamum,
virtute tantùm & efficacia naturaliter ho-
ıibus ad generandum indita, ex illo videli-
vniuerſali verbo, Creſcite & multiplica-
ı:ſiue, vt etiã apertius loquar, quibus Abra-
nus pater eſt, non quatenus Deus cum eo &
us ſemine vitam æternam pactus eſt, ac
inde à reliquis hominibus hac qualitate ſe-
gatus, ſed quatenus homo eſt, reliquis homi-
us patribus ſimilis. Sed iam videamus quo-
do ſit iſtud, primùm quidẽ Iſmaëli, deinde
ò Iſaaco applicandum, ac deinceps quomo-
ab Iſmaëlis & Iſaaci hypotheſi ad theſin Prę-
tinationis σπερμάτων conſideratæ referendum.
nõ enim, dicet aliquis, & Iſmaël & Iſaacus ex

maris & fœminę concubitu ſati ſunt, ac proinde communi hac ratione Abrahami ſoboles? Sunt profectò: At non pariter. Nam Iſmael quidem ex vegeto vtroq; parente, & merè humano diffidẽtis ac de ſobole deſperãtis Sarę cõſilio (cuius infœlix etiam exitus fuit) natus eſt, ideóque merè filius fuit Carnis, Iſaacus autem ex patre centenario, matre nonagenaria & natura ſterili, extraordinaria vi per expreſſam Dei promiſsionẽ declarata, non tam ex illis natus eſt, quàm ipſis diuinitus datus, ideóque nõ Carnis ſed Promiſſionis filius dictus: cuius tamen appellationis alia etiam ratio eſt, in primis in hoc argumento ſpectãda. Poteſt enim etiam Deus extraordinariam vim generandi impiis ad reprobos gignendos tribuere. Itaque non illa tantùm ratione Iſaacus dicitur Promiſsionis filius, ſed in primis quoniam ſic Abrahamo datus eſt, vt in eo, non autem in Iſmaële, æternæ vitæ fœdus præſtare Deus decreuerit: vnde fit, vt in Iſmaëlis quidem perſona iuſtè ſuo tempore reprobãdorum, in Iſaaco verò gratis ſuo tempore eligendorum æternum decretũ nobis à Paulo ſpectandum proponatur, vt ex verſiculo 16. ab ipſo Apoſtolo hypotheſibus iſtis tum Iſmaëlis & Iſaaci, tum Eſaui & Iacobi ad theſin expreſſè reuocatis, declaratur. Sed hîc nobis priuſquàm longiùs progrediamur, ad quorundam obiecta reſpondendum video. Non deſunt igitur qui quod hîc dicitur dè Iſmaele & Iſaaco, negent ad æternæ vitæ fœdus pertinere. Ad quid igitur? Ad terram Chanaan, inquiunt, extra quam ejectus fuit Iſmael. Quaſi verò terra Canaan ſpectanda

tanda sit vt terrestre quoddam solum in quo Deus, exclusis Ismaelitis, Israelitas solos pasce- e atque adeò saginare huius vitæ bonis volue- it, ac non potius fuerit æterni fœderis illius &, t loquitur auctor epistolæ ad Hebræos, cæle- lis illius ciuitatis, ad quã patres illi anhelabant, isibile pignus ac symbolum, vt ab ea Dei iussu xpelli, tunc temporis, fuerit eius, de quo hîc lisseritur, ab æterno decretæ Reiectionis testi- nonium. Etenim, obsecro, si vera esset istorum ententia, quid ineptius fuerit Apostolo Iudæis ese populum esse Dei etiamsi Iesum Christum ppugnarent, iactantibus, hæc exempla oppo- ente? multò minus profectò (si siquidẽ vt isti olunt explicentur) ad propositam quęstionem ertinentia, quàm si quis de cæpis interrogatus, e alliis responderet. Num ergò, inquiunt, Is- aelem pro penitus reiecto ac proinde damna- habebimus? Respondeo, relinquenda qui- em esse à nobis ipsi Deo arcana de singulari- us personis iudicia, sed tamen non temerè Pau- m in Ismaelis persona proponere eorum e- mplum qui licet ex Abrahamo nati, & externa rcunciſione circumcisi, tamen apud Deum on essent in æternæ vitæ fœdere comprehensi. einde non constaret antithesis harum dua- m personarum, nisi in Ismaele considéremus ntrarium eius quod in Isaaco omnes sine cõ- uersia agnoscunt. Nec sanè in iis, quæ de Is- aele tum prædicit Angelus Domini, super- m eius matrem alloquens, tum ipse Moses rrat, quicquam inuenio, quod hominis à Deo ecti ingenium resipiat: Immò quum ex eo ge-

nere Antichriſtum perditiſſimum Mahumetem ortum eſſe conſtet, videtur adhuc in hac progenie (exceptis quos Dominus ex huius populi gente miſericordia ſua dignatus eſt, & porrò dignabitur) vim illam ſuam exerere, Non erit hæres filius ancillæ cum filio heræ.

Nunc autē ſupereſt vt ad alterum nobis propoſitum caput progrediamur, id eſt, vt explicemus, Quomodo hæc hypotheſis ad doctrinę de Prædeſtinatione Theſin generalem ſit applicāda. Primùm igitur in hac hypotheſi vtrumque, nempe tum Iſmaëlem, tum Iſaacum videmus in Abrahami familia, id eſt, in Eccleſia, natos, communia inter ſe externa omnia habere, nec tamē vtrūque in eo fœdere, quod veræ Eccleſiæ proprium eſt, cenſeri, ſed alterum tantùm, & quidē natu minorem. Quod ſi Iſmael quamuis in Eccleſia natus & circunciſus, tamen ad æternæ vitæ fœdus nō pertinebat, quid de tot populis (ſingulares enim illas perſonas excipio, apud quas Patriarcharū doctrina nondum penitus obſoleuerat, vt ex Melchiſedeci, imò & ex ipſius Abimelechi & Pharaonis illorum temporū exemplis liquet) extra Abrahami familiarum abdicatis cenſebimus? In hoc igitur tanquam ſpeculo contemplari ſingula hæc capita debemus. Primùm triplicem eſſe humani generis rationem in æterno illo Dei decreto conſiderati. Nam alii quidem extra Eccleſiam ſunt nati, & tales permanent, quos videlicet Deus nulla vocatione ad ſalutē neceſſaria, id eſt, nulla gratuiti ſui Fœderis patefactione dignatur, ideóque neceſſariò *extra ſpem* ſalutis ſunt poſiti, quum fides ſit ex

auditu

auditu, & sine fide sit impossibile vt quisquam Deo placeat: inexcusabiles tamen, quod ad decreti diuini exequutionem attinet, partim quòd omnes nascantur irę Dei filii, non promissionis Ephes. 2. 3. partim quòd omnes adulti homines, tum impietatis, tum iniustitiæ extra Christum comperiantur, Dei veritatem in iniustitia detinentes, Act. 14. 17. Rom. 1. 18. & 2. 14. Alii verò quorum speculum est Ismael, in Ecclesia nascuntur & Christianismi notis omnibus externis ornantur, nec tamen ex veris ouibus sunt apud Deum nemini debitorem: quorum etiam damnatio, quod ad diuinum decretum attinet, necessariò euenit: contumacia verò & incredulitas est merè voluntaria & eò minus excusabilis, quò plura Dei dona sponte & vltrò conspurcarunt. Alii denique ex mera Dei summè misericordis ἐυδοκίᾳ à reliquis hominibus ad salutem efficaciter vocantur, aut etiam ante vocationem siue antequam adolescãt in fœdere Dei gratuito comprehensi gratis seruantur, siue in Ecclesia ipsa nati & ab ipso exortu externa fœderis tessera donati, vt Isaacus: siue extra Ecclesiam quidem nati, sed suo tempore in Ecclesiam verè asciti, vt in Gentium vocatione noster Apostolus demonstrabit.

Secundò, ex his intelligimus plures esse vocatos quàm electos, ac proinde quamuis iubeat nos charitas de omnibus, quibus externum verbum proponitur, & præbentur sacramenta, bene sperare: externa tamen illa non esse simpliciter necessaria, sed tantùm probabilia Prædestinationis ad salutem τεκμήρια, ac proinde non re-

ſcindi Dei decretum, neque mutabilem Deum, etiamſi non omnes ſeruatos velit, extrinſecus vocantur.

Tertiò, decreti iſtius æterni arcanum non ſe Verbi & Sacramentorum miniſtris inqu dum, ſed ſimpliciter curandum illis eſſe, vt buſcunque Dei verbum annunciare & Sa menta iubẽtur præbere, relictis Deo arcan pſius conſiliis, ſumma fide & diligentia ope ſuam impendant, ſicut Abrahamus Iſmaë non minus, quàm Iſaacum ex Dei mandato cumcidit, & viam Domini docuit, nec pro rea Dominus Iſmaëlẽ habuit ludibrio, vt cui ad ſerium iudicium proponeret illud ip Fœdus ad quod in diuerſum prorſus finẽ Iſ per eiuſdẽ Abrahami miniſteriũ vocabat: n tri facturus iniuriam, qui nemini debitor e tiam ſi neutrum ad ſaluificum fœdus voca Nec etiam mendax aut fallax fuit Abraha tam Iſmaëlis, quàm Iſaaci ſalutem ſeriò pro rans, donec Iſmaëlem eiiciendũ eſſe intellige

Quartò diuini propoſiti ſummam cauſam meram ipſius Dei voluntatem, quæ quũ ſit v ca iuſtitiæ regula, iniuſta eſſe non poteſt, qu tumuis in ipſo occulta. Itaque quum ad ſum illam cauſam aſcenditur, qua nihil eſt ſuperi minimè dicendum eſt hunc potiùs quàm ill ſiue ſaluti, ſiue exitio à Deo deſtinari, quoni in hoc vel in illo aut iam extans inueniat, futurum proſpiciat, quo ad hunc potius, qu illum ſaluti vel exitio deſtinandum impellat Eſt enim hoc ſic abſurdum, vt ſit etiam impi *quum* vel Dei voluntas ipſam rerum exiſt

& qualitates neceſſariò præcedat, aut res à
ſis, & quòd ſint, & quòd tales ſint exiſtant.
è contrario dicendum eſt iuſtum eſſe hunc
us, quàm illum vel ſaluti vel exitio deſtina-
uia Deus ſic velit, qui nihil niſi iuſtum ve-
etiamſi in arcana ipſius penetrare nequea-
. At quum agitur de huius æterni decreti
uutione, quoniam inter illam & decretum
m intercedunt cauſæ mediæ à Deo conſti-
tum demum dicendum eſt damnandos, qui
nantur, quoniam hoc meretur illorum cor-
io & peccata iuxta illud, Perditio tua ex te
ſrael & ſtipendium peccati mors: ſeruari
, qui ſeruantur, quia iuſtum eſt vt Deus, tum
mè ſeuerum iudicem in pœnis, quas à no-
fide iuſſore exegit, tum ſummè miſericordē
ſe præbeat, quòd ad filiū gratis donatum,
s itidem efficaciter vocet: ac in eo per gra-
im Fidei donum apprehenſo gratis iuſtifi-
s, gratis itidem glorificet, quos ipſi viſum
b æterno & creationi, & huic fini deſtinare:
uod in proximè ſequente Eſauui & Iacobi
nplo clarius Apoſtolus noſter oſtendet.

erſ. 10. *Neque hic ſolum, ſed Rebecca quum*
no concepiſſet, nempe ex Iſaac patre noſtro, hac
rta eſt.

Nondū enim nati pueris, quum nihil boni fe-
it vel mali, vt propoſitum Dei, quod eſt ſecundum
s electionem, non ex operibus, ſed ex vocante ſir-
maneret.

Dictum eſt ei Rebecca, Maior ſeruiet minori.

Sicut ſcriptum eſt, Iacob dilexi, Eſau autem o-
abui.

Quoniam non deerat, quod aduersus exemplum superius exciperent Iudæi, nempe iccirco Ismaëlem non fuisse in illo Fœdere comprehensum, quòd esset ancillæ filius: sese verò omnes ex Sara ingenua & vera Abrahami vxore, imò etiam ex ipso Isaaco in Fœdere comprehenso natos; iccircò nunc Apostolus aliud illius exemplum obiicit, multò expressius, siue personas ipsas, eundem videlicet patrem illum ipsum Isaacum, eandem matrem, nempe Rebeccam, gemellos denique simul & conceptos & natos, siue ipsum Dei testimonium perspicuum & quidem repetitum consideremus: quæ omnes circunstantiæ huc spectant, vt efficiatur decreti diuini, æterni & immoti, quo Deus cum aliis quidem vitam æternam pacisci tur, cum aliis verò nō item; (eligere autem hoc perinde atque alios saluti, alios suo iudicio destinare) causa summa & *αὐτοτελὴς* esse Dei voluntatem, quæ causas medias omnes per quas hoc decretum Deus, sicut mox docebit Apostolus exequitur, non tempore tantùm de quo nullus ambigere potest, sed etiam ordine antegrediatur. Ergo inquit Apostolus, *Natum natis pueris*, vt amoueatur ipsatum personarū id est, tum Esaui seruituti & odio extra Dei fœdus destinati, tum Iacobi ad dominationem & amorem ex fœderis formula ascisendi, existentiæ consideratio. Addit præterea.

Et priusquam boni vel mali aliquid fecissent.

Vt ab illo Dei decreto excludatur omnis tum Esaui indignitatis, tūm Iacobi dignitatis præuisio, qua impelli Deus siue ad odii, siue ad amoris *decretum* potuerit: *dictum est Rebecca*, id est, a

m illud ſuum decretum his verbis matri
:cit Dominus(Nec enim quod ab æterno
uerat,tunc primùm ſtatuit Deus,ſed quod
:rno decreuerat,tũc demum expreſſis ver-
;nificauit)e *Maior*,ſecundum carnem vide-
rtpote primogenitus, & externis dotibus
) excellentior, *Seruiet minori*, ac proinde
non erit, ſed cum primogenitura ſimul
hæreditate paterna excidet, ad parem cũ
le ſeruo conditionem redactus: nempe vt
e hac vna in re iſti duo differant,quòd Iſ-
ſeruus natus eſſet,nimirum ex ancilla,quũ
iſconſultorum etiam regula, partus ven-
ſequatur: Eſauus autem ex ingenua quidẽ
natus,ſed ad ſerui conditionem,quod ad
is hæreditarij ius attinet,fuerit à Deo de-
us. Et ne quis iſtam ſeruitutẽ ſimpliciter
iectione interpretaretur, cui poſtea ob-
fuerunt Idumæi (quæ neque perpetua
,neque ad Fœdus illud æternæ vitæ perti-
;in quo neque ſeruus eſt,neque liber)ad-
Domini teſtimonium per Malachiam ſic.
ntis,*Iacobum dilexi,Eſauum autem odio ha-*
quibus verbis ipſe Dominus optimus ſuæ
tatis interpres,dominationem quidem il-
ii Iacobum deſtinauerat, cum amore illo
uo omnes in fœdere ſuo cõprehenſos dili
: ſeruare ab æterno conſtituit:ſeruitutem
:ui Eſauũ deſtinarat,cũodio illi amori ſuo
ito,prorſus cohærere ſignificauit: *Vt ſir-*
maneret propoſitum Dei, quod eſt ex electione
operibus,ſed ex vocante,id eſt,vt ita liquidò
:t, quòd Deus aliquem vult in ſalutis fœ-

dere comprehendere, manare nō ex vlla eius d
gnitate, quem Dominus à reliquis ſegregatu
ad ſalutem vocat, ſed à mera & ſola ipſius
ideóque firmiſsimum, & penitus immotum eſ
Dei de ſeruandis electis ſuis decretum. Quam
obrem etiā antea diximus, neceſſariò oportuiſ
Apoſtolum ſicut à ſanctificatione ad fidem, it
etiam à fide ad æternum & immotum æterni
Prædeſtinationis Propoſitum conſcendere: mā
co & mutilo alioquin futuro, quicquid de Fid
& ipſius effectis diſſeruerat. Hoc autem ſi firmū
eſt & ab vnica Dei voluntate pendēs, electionis
nempe ſuo tempore futurę decretum, idem cer
tè de oppoſita parte, nempe de Reiectionis fu-
turæ decreto neceſſariò ſtatuendum eſt: non
modò quoniam eadem eſt Contrariorum do-
ctrina, ſiue Phyſicè ſiue Theologicè loquamur,
ſed etiam quia nemo ex duobus vel pluribus a-
liquem, vel aliquos Electioni deſtinare poteſt,
quin hoc ipſo, quòd aliquos electioni & amori
ſuo deſtinat, cęteros à ſe Reiectioni & odio de-
ſtinari teſtetur: itidémque, ſi, vt in hoc exemplo
ſpectandum proponit Apoſtolus, nulla in eli-
gendi ſiue ad ſalutem deſtinandi decreto, nec
ipſarum quidem perſonarum, quas Deus eligere
decreuit, exiſtentiæ prænotio cauſam ipſius de-
creto præbet, neceſſariò quoque idem in oppo-
ſito Reiectionis decreto ſtatuendū eſt, vt quàm
verū eſt quòd aliquis ſit naſciturus & vera ac ni-
minè otioſa fide præditus futurus, nō præbuiſſe
Deo cauſam ipſum amori & ſaluti deſtinandi
(quanuis non ſit reipſa dilecturus & ſeruaturus
niſi natum & credentem) tam quoque verum,
ſit quòd

: quòd aliquis sit nasciturus & ἄπρον mansurus,
ɔn præbuisse Deo causam ipsum odio & dam-
ttioni destinandi, quanuis non sit nisi natum
ἄπρον damnaturus.

Quomodo verò ex eo non consequatur
eum igitur esse vt bonorum salutis, sic etiam
alorum exitii auctorem (quæ obiecto ex hac
ɔctrina videtur enasci) mox Apostolus osten-
:t. Sed antequam ad eam obiectionem & eius-
:m explicationem accedam, necessariò nobis
t eorum sententia refutanda, qui aliter supe-
ora Apostoli verba interpretantur. Horum
itur alii penitus negant hîc agi de Electione
l de Reprobatione, quod ad vitam æternam
tinet, sed potius de possessione terræ Chanaã,
i nempe Iacobo tribuenda, alteri verò nem-
Esauo non tribuenda: quasi sic colligat Apo-
ɔlus, Quemadmodum ex duobus eiusdem Ia-
bi liberis vnum Deus in hæreditatem terrenã
misit, alterum verò ab ea excluſit, ita nouum
inc non esse, nec irritum fieri æternæ vitæ fœ-
is, etiamsi aliquos duntaxat in fœderis pro-
isione comprehendat. Sed quis non videt res-
orsus impares inter se, si hæc interpretatio
leat, comparari, hæreditatem videlicet terre-
m & temporariam cum cœlesti, ac proinde ar-
mentum istud non magis procedere, quàm-
uis dicat, Potest quispiã pater duorum libe-
rum absque iniustitia vnum ex asse hæredem
tituere, alterum verò vt satis iam diuitem
ualis erat Iacobo moriente Esauus, fratre ar-
ntario longè locupletior & potentior) iube-
suam portionem vltrò fratri cedere? Ergo

poteſt etiam abſque iniuſtitia vnum omnifœlicitatis genere beare, alterum morti addicere: vel poteſt quiſpiam pater vnum ex filiis exhæredare, ergo eum etiam occidere. Certè non ita docent Dialectici à comparatis argumẽtari. Deinde quis non videt Apoſtolo propoſitum eſſe à ſigno ad rem ſignificatam, id eſt, à terra Chanaan vt ſacramento, ſiue potius typo, ad cæleſtẽ hæreditatem, quæ eſt ipſius typi veritas, argumentari? Ac proinde iſtas perſonas non quatenus terræ Chanaan vt terrenæ hæreditatis poſſeſſores fuerunt, vel non fuerunt, ſed quatenus vel eius poſſeſſores, vel ab ea excluſi, vt æterni fœderis typo, ſimul etiam in fœdere cõprehenſi vel non comprehenſi fuerũt intelligi? Præterea quorſum Paulus ad Deũ vſque aſſurgeret, & eius odium & amorem commemoraret, ac non potius in ipſo Iacobo ſubſiſteret? Denique Paulus ſuperiore ca. 8. à Fidei effectis ad Fidem, & à Fide ad æternũ Dei Propoſitum conſcẽdẽs, an non manifeſtè oſtendit ſcopum hunc ſuum eſſe, vt ex iſtis hypotheſibus ad theſin, id eſt, ad abſolutã Prædeſtinationis tractationem pergat? Et de iſtis quidem hactenus. Iam ad Caſtellionem & eius ſectatores accedo, quem non pudet apertè in ſuis illis dialogis blaſphemiarũ plenis non modò dicere, ſed etiam inculcare, *Deum mutari propoſitum, vtpote qui omnes* & ſingulos cupiat ſeruari, nihil autem decreuerit de eorum ſalute vel exitio, niſi ex cõditione, quæ in ipſorum hominum poteſtate & libero arbitrio ſit poſita, adeò quidem vt modò ſpe ſua excidens perdat contumaces aut defectores, quos ſeruatum ſperabat,

sperabat: modò seruet resipiscentes quos perdere rebellantes destinauerat? Hoc verò quid aliud est, quàm Pelagium ab inferis reuocare? Dei Prouidentiam ab hominis voluntate suspendere? Denique opificem suo ipsius operi subiicere? Sed de hoc apertè impio & blasphemo dogmate plus satis. Nunc videamus quomodo hæc Pauli verba detorqueat. Primùm negat hęc testimonia siue illud Mosis, *Maior seruiet minori*, siue illud Malachiæ, *Iacob dilexi, Esau autem odio habui*, illas personas comprehendere, sed de duobus populis vult hæc dici, nempe de Idumęis & Israelitis, qui sint ab illis duobus exorti. Quorsum verò istud? Nam primùm omnium si vult excipi Esauum à seruitute & odio, cur non pari ratione dixerim Iacobum à dominatione & amore excludendum? Quòd si posterius istud falsissimum est, cur non & illud? Immò quis non videt corruere Pauli fundamentum, vel ipsum potius Domini verbum, si de populis duobus ista sic dicuntur, vt ipsa populorum capita in illa seruitute cum odio coniuncta, & in illa dominatione cum amore Dei cohærente, non comprehendantur? Nam certè duo pueri, non duæ gentes, nisi quatenus in illis erant comprehensę, mutuò sese in vtero matris collidebant: & primus ipse Edõ, à quo Idumæi, in monte Seir fuit collocatus. Neque sanè quidquam de Esauo legimus, quod hominem profanum non resipiat, id quod minimè velim de singulis ipsi⁹ posteris existimare, inter quos Iobus cũ suis illis amicis non temerè possit recenseri. Deniq; vt istis concedamus, nec Esaui nec Iacobi personas hic re-

ſpici, ſed totas & integras potius gẽtes, quid tamen inde aduerſum noſtrã explicationem conſequetur? Semper enim illud ſtabit, integram etiam gentem Electioni in Fœdere, & integrã gẽtẽ Reiectioni extra Fœdus deſtinari, quod certè eſt Idumæis & Iſraelitis factum. Quod vt eludat Caſtellio ad aliud commentum refugit. *Etenim*, inquit, *illud Domini dictum apud Malachiam, Eſauum odio habui, non de re futura predicitur, quaſi Eſauus fuerit Deo inuiſus, antequàm mali quippiam feciſſet. ſed vt res preterita narratur, & iſtud verbum Odi, nihil aliud valet, quàm minus quã Iacobum amaui: ſicut in illis Chriſti verbis, Niſi quis oderit patrem & matrem, &c. non eſt me dignus*, Luc. 14. ver. 26. & Deuter. 21. 25. *vbi exoſa dicitur mulier, quæ eſt minus dilecta.* Miror autem imprimis hominem iſtum aut non animaduertiſſe, aut diſſimulaſſe perpetuum hunc eſſe Scripturæ morem, vt quum de Factis Dei diſſeritur, non quatenus illa ſuis tẽporibus exequitur, ſed quatenus ſunt ab ipſo decreta, præterito tempore vtatur, ad deſignandam eius decreti æternitatẽ. Sic dicitur de Ieremia antequàm prodires ex vtero cognoui te; & antequàm formarem te in ventre cognoui te, & antequàm prodires ab vtero ſanctificaui te, & Prophetam gentibus te dedi. Et Paulus de ſe ad Gal. 1. Separauit me, inquit, Deus ab vtero matris meæ & vocauit me per gratiam ſuam. Et 2. ad Timoth. 1. 9. dicimur ſalui facti & vocati ſecundum gratiam, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu, ante tempora ſæculi. Friſtra igitur hoc ſubterfugium quæritur, & quum res ipſa clamet Malachiæ teſtimonium

citari

citari tanquam prioris expositionem, in quo vtitur Deus verbo futuri temporis, *Seruiet*, diserte annotato tempore, quo sic Dominus erat loquutus: quis non videt ita significari cum illa seruitute, cui destinabatur Esauus, coniunctam fuisse Destinationem ad odium, quæ ipsam Esaui natiuitatem, ac proinde etiam improbitatem, non modò tempore (id enim per se satis intelligitur) sed etiam in primis ordine causarum antegrederetur? Neque ex hoc consequitur quod iste existimat perpetuò ad hunc scopulum impingens, inuisum fuisse prius Esauum, quàm natum vel malum, quum Deus nihil nisi malum oderit. Aliud enim est, esse odio destinatum ab æterno quia sic Deo visum est, quàm secundum æternæ illius Prædestinationis exequutionem esse propter corruptionem & eius fructus Deo inuisum. Nã odii Dei causam inuenit Deus in ipsis hominibus totam inhærentem: Destinationis verò ad odium causa vnica est ipsius voluntas semper iusta, cuius gloriæ interest vasa tam ad iustè ipsis infligendum dedecus, quàm ad gratuitò donandum decus, condere. Vt autem alicubi verbum, Odisse, non ἀναπ. sed κατά τι, id est, alterius quem minus ames respectu dicatur, sicuti fateor interdum pauperes dici, non quos premat egestas, sed cum locupletissimis aliis collatos: non tamen consequitur hanc interpretationem vbique locum habere. Imò nisi quid peculiare obstet (id quod vel ex ipsa rei natura, de qua agitur, vel ex aliqua circunstantia dignoscendum est) retinenda nobis est propria & nativa ver-

borum ſignificatio. Hîc igitur qua de re agit minus? Certè, vt antè oſtendimus, non de h ditate quapiam fertili vel ſterili per ſe, ſed d ternæ ſalutis fœdere, cuius omnium locupl ſimæ benedictionis typus erat terræ Canai dis fertiliſsimæ poſſeſsio ex Dei manu in h vſum accepta. Vnde conſequitur, excluſio ab ea regione & reiectionem in ſolitudinem ſtam fuiſſe in Eſauo excluſionis à Fœdere patribus inito teſtimonium. Aut igitur demonſtrandum eſt aliquem à Deo extra dus, ſiue extra Chriſtum diligi, aut confi dum in Eſauo proponi eorum exemplum Deus extra ſalutis fœdus odit, id eſt, odic exitiali deſtinauit.

Supereſt vt iis reſpondeã, qui Electionis dem, ſiue Prędeſtinationis ad ſalutem, decre gratuitum eſſe fatentur, (quorum tamen no na ſentẽtia eſt, vt mox dicemus) Reprobati verò decretum à præuiſa incredulitate & fructibus ſuſpendunt: quum tamen Apoſt expreſſè patrem in his regulam ſtatuat in ha ta tractatione, Iſaacum Iſmaëli, & Eſauum cobo, & odiũ amori, pari prorſus ratione, o nens: & tam Eſaui, quàm Iacobi tum nati tis, tum & probitatis & improbitatis præu nem tanquam προηγουμενὸν αἴτιον excludens. runt autem has rationes. *Non valet* (inqui *hoc argumentum. Si vaſa miſericordiæ amantur tequàm boni quicquàm fecerint, etiam vaſa ira habentur, antequam mali quicquam fecerint.* A nemo noſtrûm ſic vnquam argumentatus ſed hoc modo, qui certè refelli non poteſt

eus amori & ſaluti deſtinauit quos ipſi libuit,
tequàm nati ſint, id eſt, ab æterno, & antequã
ıni quidpiã fecerint, id eſt, nulla habita vllius
ſorum bonitatis, qua ad illud decretum impel
:etur, pari ratione: neceſſariò quoque ſtatuen-
ım eſt ab ipſo deſtinari odio & exitio, quoſ-
nque ipſi libuit, nullo ipſorum improbitatis
ıod ad illud decernendũ attinet, habito reſpe-
u. Quînam enim dici poſsit ex Apoſtoli do-
tina haberi ſiue in amoris ſiue in odii futuri
ſtinatione vllam ſiue bonitatis, ſiue impro-
tatis rationem in iis, quos ne vt natos quidem
in rerum natura exiſtentes decernens Domi-
s conſideret? Sed qui à nobis in hoc diſſen-
ınt, decretum Dei cũ ipſius exequutione per-
tuò confundunt: & quum ipſa exequutio &
ıſæ mediæ, quarum interuentu Deus æterna
conſilia ſuo tempore exequitur, ordine cau-
um & effectorum, decretum Dei conſequã-
, ipſi contra volunt cauſas medias in mente
i priores eſſe, ex quarum præuiſione Deus
ıſilium capiat: quo quidem dogmate nihil
pſi Dei naturæ & diuino verbo magis repu-
ıns, immò ipſi rationi minus conſentaneum,
ue adeò nihil magis Pelagianum, id eſt, ni-
magis falſum, dici poteſt. Præterea neutra
s illius argumenti vniuerſaliter vera eſt, nec
ıoſtrorum ſcriptis vnquam reperietur. Ete-
ı nec quicunque amantur, amantur antequã
ıi quicquam fecerint, ſi realem (vt ita loquar)
orem Dei erga ſuos electos conſideres, quũ
prior illos dilexerit, vt etiam poſtea Spiritus
fructus edentes diligat: nec etiam quoſcun-

que odit oderit antequàm mali quicquam fecerint. Odit enim iam peccatores. Quid amplius? *Electio* (inquit Castellio) *potest esse absque Reiectione, sicut amor absque odio.* Ego verò amorē dari posse absque odio concedo, putà si omnes amentur: Electionem verò vel de eo dici posse qui vnicus sit in rerum natura, vel eligere dici posse, qui omnia accipiat, nullus vnquam existimauerit, nisi prorsus mente captus, quum eligere nihil aliud sit, quàm vnum accipere siue acceptioni destinare, alterum verò reiicere, siue reiectioni destinare, vnde illud, Multi Vocati pauci Electi. Itaque quid istis Castellionis verbis ineptius dici potuit? *Adamus* (inquit) *quum solus esset, fuit Electus* (nempe nascitur orum ex eo & exitio destinatorum respectu) *& si non peccasset*, inquit, *fuissent omnes Electi*: (imò nullus fuisset Electus, quia nullus fuisset Reiectus, quū Electus, sit ἐκ τῆς πρόσ τι, sed omnes fuissent seruáti, quod tamen euenire, quod ad Dei decretum attinet non potuit, nec debuit.) *Et Christus* (inquit) *Patri Electus est, quum sit tamen primus & vltimus, hoc est, solus.* Imò quînam primus fuerit, qui subsequentem nullum habeat, aut vltimus, quem nullus antecedat? Itaque primus & vltimus dicitur Deus, siue α. & ω. non quia solus vt ineptissimus iste somniauit, sed quoniam omne rerum existentium principium antecedit, & vt res omnes creatæ interirent, quū sit tamen omnis finis expers, omnibus illis esset superstes, semper idem suíque similis. Christus autem Electus dicitur non quatenus vnigenitus est Deus, sed quatenus primogenitus inter multos fratres, & solus ex omni-

bus hominibus eò euectus vt sit idem Deus & homo, & realis omnis ad salutem Electionis fons & basis. Stat igitur illud, quum causæ mediæ pendeant à summa: non autem è contrario summa à mediis, nisi quod ad effectum & exequutionem attinet, sit autem Dei decretum summa omnium existentium rerum causa, & Electio ac Reprobatio in æterno Dei Proposito consideratæ sint inter τὰ σκέλη : consequitur necessariò in Dei voluntate eãdem esse & prorsus parem vtriusque rationem. Neque ex hoc efficitur parem esse quoque vtriusque in ipsius decreti exequutione rationẽ, quoniam (vt mox ex Apostolo intelligemus) Electionis realis causas medias aliter quàm realis Reiectionis Deus ordinauit. Concidit igitur illud Castellionis propagnaculum *Eligere & Amare gratis licet: Odisse verò gratis non licet: id est, ex mera ac nuda voluntate.* Nam hoc quidem verum est, si de Electione & Amore reali, itidémque Reiectione & Odio reali, id est, in ipsis hominibus reipsa dilectis vel exosis istud consideres: sed tam Electioni & Amori gratuito, quàm Reiectioni & iusto futuro Odio destinare Deo licere ex mera voluntate, quę tyrannica nunquam est, sed perpetua ipsius Iustitiæ regula, Paulus proposita figuli similitudine docebit.

Iam ad eos accedo, quorum non eandem esse sentẽtiam diximus. Nã ex his quidã, quod ad Electionẽ attinet, concedunt eam à sola gratuita Dei bonitate proficisci, excluſa omni tum fidei, tum operum præuisione, quæ quidem Deum ad Eligendi Propositum impulerit, qua in re illis assentimur: sed iidem nolunt à Reprobationis

decreto præuiſionem corruptionis & eius fructuum excludi, quam eſſe volunt ἀνεξαπόκτιτον decreti Reprobationis cauſam : quod eſt certè ἀσύστατον, quũ, vt antè diximus, eadẽ ſit cõtrariorũ doctrina, nec aliter explicari poſsit iſtud Pauli, *antequã boni quicquã feciſſent*, quàm iſtud, *antequàm mali quicquã feciſſent*, quin manifeſtè contextus Pauli hac expoſitionis diuerſitate diſtorqueatur. Proferũt tamen quiddam quod ſpeciẽ aliquam habet rationis. Volunt enim Deũ apud ſe ab æterno capientem aliquos eligendi & aliquos reprobandi conſilium, ſibi propoſuiſſe genus humanum vt corruptum, ac proinde vt maledictione dignum, ex qua nonnullos gratis per miſericordiam eximere decreuerit, cęteris propter illam præuiſam corruptionem exitio deſtinatis. Sed ex hac opinione pręſupponitur, quod in Deum cadere non poteſt, ipſum videlicet tũ demum cepiſſe de hominum fine & exitu conſilium, quũ illos vt iam corruptos conſideraret; quandoquidem corruptionis præuiſionem volunt in mente Dei cauſarum ordine decretum illud antegredi. Atqui Finis, ad quem opus refertur, primus eſt in omnis ſapientis opificis intentione. Quînam igitur corruptionis prænotio, quæ certè integritatem naturæ vt priorem (priuatio videlicet habitum) præſupponit, in mente Dei præceſſerit de hominum exitu deliberationem, & cauſam ſiue occaſionem de humani generis fine ſtatuendi Deo præbuerit? Corruptionẽ igitur neceſſe eſt ſecutam eſſe Dei ordinationẽ, non contra, quamuis, vt ſuo loco dicemus, nõ ſit illius Lapſus auctor Deus. Quare ſi

cut

ut corruptionis ſtatum antegreſſus eſt integritatis ſtatus, & integritatis ſtatum creatio, cauſarum ordine, & ordo omnis cauſarum mediarum à Dei ordinatione non incerta, ſed ad certum finem directa, proficiſcitur: neceſſe quoque eſt fateri æternum illud Dei decretum de gloria ſua & in nonnullis quos ipſi viſum eſſet per miſericordiam ſeruandis, & in nonnullis iuſto iudicio perdendis patefacienda, non modò corruptionis, ſed etiam integritatis, atque adeò ipſius creationis Propoſitum ordine cauſarum ingredi: nec eius Propoſiti aliam cauſam dari poſſe, quàm ſemper ſapientiſsimam & optimam ac iuſtiſsimam ipſius opificis voluntatem. Præterea ſi verum eſſet hoc dogma, nullus certè locus relinqueretur illis obiectionibus, quibus Apoſtolus mox ſibi reſpondendum putauit: nec quærendum fuerit, cur aliquos ſaluti, aliquos exitio deſtinet Deus, ſed cur hos potiùs, quàm illos: qua de re ſuo loco à nobis dicetur. Et ſiç quidem iſtis reſponſum eſto.

Alii verò etſi itidem in eo nobiſcum videntur conſentire, quòd electionem merè gratuitam conſtituant: tamen veriti ne ſi penitus nobis aſſentiantur, Deum conſtituant peccati non tam iudicem quàm auctorem, particularem Electionem eſſe nolunt, quod ad ipſum Dei decretum attinet, omnibus cauſis ſuperius: ſed vniuerſaliter omnes ad ſalutem vocari contendunt, quã vocatio non ſit fictitia, quod ad Deum attinet omnes ſaluos fieri volentem, nec quenquam perire, ſit tamen inefficax ſolo ipſorum hominum vitio, à quibus repudiatur. At ego multa hîc

non concedenda mihi videor deprehendere. Primùm enim vniuersaliter omnibus gentibus nedum singulis hominibus propositam vnquam fuisse, aut nunc proponi, Euangelij gratiam (quae vnica saluifica est) nego. Neque ad hanc rem probandam vllis argumentis indigeo, quum ipsa perpetua omnium sæculorum historia demonstret. Deinde si hoc valeat, necesse fuerit Deum prius ordine apud se considerasse corrumpendum, quàm creandum humanum genus, quod nihil absurdius dici potest. Item creaturus hominem Deus & quidem bonum, aut nihil de eo in posterum decreuit (quod rursus absurdissimum est cogitare:) aut de eo alterum horũ duorum constituit, nempe vt homo vel bonus permaneret, vel seipsum corrumperet. Quod si decreuit & ex decreto suo hominem creauit in bonitate permansurum, corruptio profectò Deo vel ignorante, vel non curante, vel etiam inuito euenerit, quorum nihil tribui Deo sine blasphemia potest. Quod enim nonnulli excipiunt de permissione nullius est momenti. Statuendum enim est omnino non inuitum, sed volentem Deum permittere quod permittit. Est autem hæc Dei voluntas aut eadem atque ipsum decretum, aut certè huic decreto prorsus consentanea: ex quo efficitur illud idem quod antea concludebam, nempe non nisi decernente & volente, ac tandem etiam permittente euenisse humani generis corruptionem, decreto Creationis subordinatam. Quod si quis malit existimare, si quod hic Dei decretum fuit, definitum tamen *id* non fuisse, neque simpliciter determi-

natum,

tum, sed à libertate humanæ voluntatis, in
tantvis partem flexibilis, fuisse suspensum: re-
ndeo rursum non minus hoc absurdum esse
àm si quis diceret, Deum nihil de homine
:ando decreuisse. Paria enim sunt, quum de
:o agitur, nihil decernere, & in incertũ decer-
re, quod in eius de quo deliberatur mera vo-
ntate sit ita positum, vt quod ad decernentem
inet, possit vel euenire vel non euenire. Nam
od ad hominum deliberationes attinet, fa-
or, sæpe illos cogi ad eiusmodi capienda con-
ia, vt qui sæpe de iis deliberent, quæ in sua po-
tate non sunt. Neque verò propterea consc-
itur Deum esse Adami lapsus auctorem, vel
manæ voluntatis Adami libertatem in v-
tmuis partem flexibilem tolli, sicut plenius
à nobis in Præfatione explicatum. Præterea
decreuit Deus seruare eos omnes, quibus Eu-
gelij gratia proponitur (vt ij volunt, quorum
gma nunc oppugno) certè quum neminem
i in Christo per Fidẽ seruet, necessariò quo-
e dicendum est Deum credendi facultatem
naturaliter in omnibus hominibus insitam
tenire, vel iis omnibus tribuere, quos Euan-
ij prædicatione dignatur. Prius autem illud,
rè Pelagianum est: istud autem si verum es-
, semen verbi Dei nulli ad iudicium prædica-
ur, quoniam Fides esset omnibus sine exce-
one, quibus Euangelium annunciatur, com-
une Dei donum, quod plurimis in Euangelio
abolis, & tristissimo Iudaicæ gentis, de quo
nc Paulus speciatim agit, exitio & quotidia-
omnium seculorum experientia refutatur.

Quod si rursum excipiant, quibuscumque p
dicatur Euangelium dari quidem credẽdi.
μαν, at nõ ἐνέργειαν, siue volendi quidem creden
cultatẽ, at non ipsammet Fidem: rursum con
quetur Fidem partim esse Dei donũ, partim
rõ à nostræ voluntatis arbitrio proficisci, qu
dogma semi Pelagianum est, minimè id quid
quasi stipites sint ac tr fici homines prima illa
nonãte gratia donati: sed quòd tũ δύναμις tũ
γεια sint res penitus cõiunctæ, & ab vna illa I
ἐνδοκίᾳ proficiscantur: quæ quum sit vnis i
propria quos Deus saluti destinauit, consequ
tur itidem eos etiam vnos intus trahi propos
quidem nonnullis etiam aliis Euangelii verb
sed absque renouantis gratiæ prębitione, vtpo
quæ sit Electioni destinatis peculiaris. Ergo, i
quiunt, vel Deus simulator est, vel is cuius n
nisterio apud alios illos vtitur. Imò vterq; né
& De⁹ mittẽs, & minister missus seriò agũt qu
agunt. Nã quod ad ministrũ attinet, plãtat &
gat bona fide, sicuti iussus est, & arcanum D
consilium ignorans (quanuis id etiam interdu
seruis suis, vt Aaroni & Mosi ad indurandu
Pharaonem, missis, & Esaiæ plerosque Iuda
excæcaturo patefecerit) omnes quidem au
tores credere & saluos fieri cuperet, sed ope
suæ fructum, solam culpam præstans, Domi
committit. Ipse verò Deus iusto suo iudic
quoscunque ipsi non libuit ex corrupta ma
eximere, sic magis ac magis reddit ἀκαταλλήλ
ipsis sese pro ingenita sua improbitate, quo m
gis verbo Dei proposito arguuntur, eò pertin
cius veritati obsistentibus, siue aures occlud

),ne vel externum Euangelii ſonum audiant,
ie aliquatenus illuſtratæ ſuæ conſcientiæ re-
ignando. At enim rurſus excipiunt, quo iure
eus de iſtis conquereretur quòd non credant,
natura ipſa non ſunt ad credendum idonei?
nò verò in hac obiectione falſum aſſumitur.
ec enim natura homines iſta impoſſibilitate
orant, ſed omne hoc vitium à voluntaria pri
i illius hominis corruptione ortum eſt in cu-
s lumbis omnes ab illo propagati homines
ccauimus : in qua miſerrima æternæ iræ
ei obnoxia conditione, ſi quos placet Domi-
ſiue multos, ſiue paucos deſerendos exitio
ſtinare, quînam videri poteſt iniuſtus, qui ne
iuſtus quidem eſſet, ſi neminem ſaluti deſtinaſ
t ? Quod ſi vel ſola illa propagata corruptio
ter perdẽdi decretum & eius decreti exequu-
onem interueniens, Deum vt iuſtum iudicem
omni iniuſtitiæ ſuſpicione abſoluit (id quod
ox ex Apoſtolo intelligemus) quis cum illis
iuſtè agi exiſtimauerit qui corruptionis fru-
us illos edunt?

Supereſt vt cuidam nouam, mihi quidem cer
adhuc inauditam huius loci explicationẽ af-
renti, reſpondeam. Sic igitur ille hunc Pauli
cum explicans : *ſicut*, ait, *Paulus Iacobum di-
ſum eſſe confirmans, quum nihil adhuc boni fe-
ret, non excludit Fidem in Chriſtum, ſine qua ne-
poteſt, vel diligi, vel placere Deo, ſed tantùm ope-
excludit, ea ratione vt propter opera non ſit ele-
s Iacobus: ſic è contra ſcribens Eſauum odio hab-
m antequam quicquam mali feciſſet, non innuit in-
dulgentiam quæ Fidei opponitur, non fuiſſe cauſam*

Reprobationis istius, sed voluntatem Dei simplicem ne respectu infidelitatis, sicuti quidam tradunt. Christus enim vt modò dictum est, causam Reprobationis mundi clarissimis verbis reiicit in Incredulitatem mundum: cui assertioni Christi non debemus glossis manitus excogitatis cõtradicere: sed tantùm hoc ostendere D. Paulus, quòd nec reliqua præmissa pe ta saluti Esaui obstitissent, si acta pœnitentia in I siã credidisset, vnde Deus in Reprobatione non p mùm respicit peccata alia, pro quibus ipse remei in verbo suo demonstrat, sed incredulitatem, qu moueri à consideratione reprobationis nec debet, poteſt, nisi in faciem contradicatur Christo affirm hanc esse damnationem mundi, non quòd absolut mines ad interitũ descripti vel destinati sunt, al respectu incredulitatis suæ, sed quia non credant men vnigeniti filij Dei. Quapropter qui reprob niem ex simplici Dei voluntate sic definiendam a mant, vt incredulitatis respectum remoueant, hi ipso loco nihil patrocinij habent, sic toti Scriptur cra Prophetica & Apostolica contradicunt.

Obsecro verò quæ hæc est docẽdi metho Dei consiliũ, siue decretũ quo per medias sas alios quidem per gratiam seruare, alios iusto suo iudicio perdere: & tum in his tu illis gloriam suam patefacere ab æterno co tuit, cum illius decreti exequutione, id est eorũ qui saluti destinati sunt, salute, & cũ qui exitio destinati sunt, damnatione, cõfu re: & subordinatarum ad exequutionem ca rum præuisionem velle ipsum decretum o ne antegredi? quasi verò non prius ordine st ituat apud se opifex de opere faciendo, q

e mediis ad operis conſtituti conſummatio-
em conſtituendis, quoties quidem de eo a-
itur in cuius poteſtate tam ſit poſitum me-
ia quæcunque velit conſtituere, quàm opus
ſum faciendum decernere. Tota igitur illius
eprehenſionis ratio non modò infirma eſt, ſed
iam tam abſurda, vt ne refutatione quidē apud
omines ſatis intelligentes indigeat. Deinde
erò, quid iſtud rei eſt? Ex huius ſententia, fidei
uidem præuiſio fuerit αἰτιοπαθικὴ cauſa decre-
i Electionis, incredulitas verò decreti Repro-
ationis. Cedò igitur, cur in vnis quidem incre-
ulitatem, in alteris fidem præuiderit, ſi omnes
pectauit quales erant nati? Vnica enim omniū
atura eſt in qua naſcuntur, quam qui integram
ſſe dixerit, non modò Pelagianus fuerit ſed
iam hærebit ſi quæſieris vnde tandem iſtius
iſcriminis exordium ſumat? num enim à libe-
o in vtramuis partem flexibili arbitrio? ſi fortè
ic ſentiat, rurſus in Pelagianiſmum relabetur:
in à gratia, obtinuero aduerſus ipſum id quod
ontendo. nempe ideo præuideri fidem in non-
ullis duntaxat, quoniam illam Deus certis
antùm tribuere decreuerit. At cur tribuerit
iſi quia ſic decreuit? & cur decreuit, niſi quia
ic ipſi libuit? At cur non cæteris? nempe quia
is tantùm dare decreuerit. Non igitur ex fidei,
on ex incredulitatis prænotione decretum or-
um fuerit, etiam ſi à corruptionis præuiſione
aitium decernendi ſumeremus: ſed contra ideò
redunt qui credunt, quoniam Deus ipſis fi-
em largiri ab æterno decreuerit, ſicut illis
o tempore largitur: & ideò iſti incredu-

sunt, quoniam in illo Dei decreto non comprehensi, quod corruptio illis suasit hoc sequuntur. Præterea quæ hæc noua est Theologia, (meminerimus autem in hac expositione pro eodé haberi idque magno errore, Reprobationis decretum & ipsam Reprobationem) Deum in Reprobatione habere quidem rationem Incredulitatis, non autem aliorum peccatorum (id est malorum operum) pro quibus ipse remediũ in verbo suo monstret? Obsecro enim, si nullum aduersus Incredulitatem remedium in verbo Dei monstratur, quinam vnquam crediderint? nisi fortasse dicamus nos nasci ad credendum idoneos, qui tamen nascamur in peccatis mortui, & ne cogitare quidem ex nobis possimus quæ Dei sunt, & quos ille adhuc inimicos dilexit. Denique si auctor huius explicationis solos Incredulos vocat eos qui Euangelium oblatum non amplectuntur, & hanc vnius Incredulitatis præuisam considerationem statuit pro Reprobationis causa, sciat se quod falsissimum est asseuerare. Nec enim si hoc verum est, reprobabuntur alii quàm quibus promulgatum fuerit Euangelium: quoniam doctrinæ de qua nihil vnquam audierint, increduli fuisse dici non possunt. Quid igitur longè maximæ eorum multitudini fiet qui ex hac vita excesserunt, excedunt, & excedent priusquam de Christo quicquam audierint? nempe scilicet de istis pronuntiandum erit ex Castellionis Theologia, Non liquet. Nam neque illos diligi posse dixerimus, vt qui fidem non habeant, quę est ex auditu, quũ *ipsi* nunquam audierint: nec rursus odio habe-

riquia

ri, quia non fuerint increduli verbo quod nunquam audierint. At longè aliter noſter Paulus, longè alias damnationis hominum cauſas generales adferens, nimirum corruptionem, ſiue ſolam, vt in iis qui non peccarunt ad ſimilitudinem Adami, vel cum ipſius corruptionis fructibus coniunctam: in iis nimirum qui Dei veritatem, qualis eſt in natura quantunuis deprauata, in iniuſtitia detinent, Rom. 1. 18, & quos ipſa conſcientię lex condemnat, cuiuſmodi ſunt omnes, niſi quos Deus ab æterno ſaluti deſtinatos & Chriſto ſuo, fide donatos ſeruat.

Quid igitur dicemus? Num iniuſtitia eſt apud verſ. 14
Deum? Abſit.) Dixerat Apoſtolus ex hypotheſi Iſaaci & Iſmaelis, itidémque Iacobi & Eſaui, ſalno manente Dei fœdere, non omnes tamen Iudæos in eo comprehendi: idque quoniam Deus cum iis, quos ipſi ab æterno viſum eſt de ſalute paciſcatur, vel nõ paciſcatur, nulla habita ratione neque ipſarum perſonarum, neque qualitatũ bonarum vel malarum. Nam à Iudæorum hypotheſi ad generalem Prædeſtinationis theſin deducere nos Paulum voluiſſe liquet tum ex eo quòd, vt ante nõ ſemel diximus, mancũ alioqui futurum erat quicquid antea de Iuſtificationis per Fidem firmitate docuerat: tum quia ninis abſurdum & ineptum eſſet doctrinam, quæ ad Eccleſiam omnium ſæculorum & ex omnibus populis collectam pertinet, finibus & veluti cancellis vnicæ Iudaicæ gentis concludere. Id verò iniquiſſimum videtur humanæ rationi, quæ ſtatuit cauſas ſiue ad odii, ſiue ad amoris deſtinationem in ipſis per-

ſonis poſitas eſſe oportere, ne vel digni odio amentur, vel digni amore exoſi ſint, ideóque vellet decreti diuini non tantùm exequutionem (quod concedit Apoſtolus) ſed etiam cauſas προηγουμενικὰς in hominum meritis conſiderari: ex quibus demum hi vel illi odio vel amori deſtinarentur. Hæc igitur eſt obiectio, cui poſtea reſpondet Apoſtolus.

Hanc obiectionem qui aliunde naſci volunt, quoniam eius fundamentũ quod nos ponimus, tollunt, non idem tamen omnes ſentiunt.

Alii igitur volunt Paulum hæc opponere iis duntaxat quæ de altero membro, id eſt, de Electionis decreto dixerat, id quod eliciunt ex reſponſione quæ verſiculo 15. & 16, continetur. Sed in eo planè falluntur. Nam verſiculo 17. manifeſtè de altero membro reſpondet Apoſtolus & verſiculo 18. concluſionem affert ad vtrumque membrum nempe & electionis & Reprobationis decreti pertinens: & ita quidem vt vtrinque pari prorſus & ſimili ratione ad Dei voluntatem vt ſummam cauſam conſcendat, ibíque penitus ſubſiſtat: vnde rurſus altera, & vltima obiectio naſcitur. Deinde ſi vt iſti ſentiunt, Miſericordia Dei eſt decreti Electionis cauſa προηγουμενικὴ: Reprobationis verò decreti cauſa itidem προηγουμενικὴ, eſt præuiſio ſiue corruptionis, vt nonnulli volunt, ſiue incredulitatis, vt alii contendunt, ſiue aliorum peccatorum vt alii malunt (omnes profectò à ſcopo veritatis in eo aberrantes, quòd decreti cauſam, id eſt, Dei ſempiternam iuſtam voluntatem, non à cauſarum mediarum cõſideratione orientem, ſed cauſas medias ſapien-

ſapienter ſemper & iuſtè ordinantem, cum eius decreti cauſis intermediis ad ipſius decreti exequutionem conſtitutis confundunt) quæ nam vel tenuiſsima iniuſtitiæ ſuſpicio cadere in Deum poteſt, quòd aliquos, præſertim per miſericordiam ſeruet? & quorſum igitur Paulus huic obiectioni reſpondens, faceret miſericordiæ mentionem? Itaque mirari me nõ ſatis poſſe fateor, quînam hæc ſententia ſectatores aliquos inuenerit.

Alij verò ſentiunt hanc obiectionem ex eo oriri non quòd aliquos amori, aliquos odio Deus deſtinarit, ſed ex eo q̃ hos potius quàm illos amori vel odio deſtinarit, quoniam qui de duobus paribus, quales omnino fuerunt omnibus modis Iacobus & Eſauus, tam imparia ſtatuit, προσωποληψίας videri poſsit. Sed hanc obiectionem inde ſimpliciter non oriri ex eo conſtat apertiſsimè, quod Apoſtolus nõ tantum dixit, vnum ex his duobus gemellis eodem patre, eadem matre, eodem partu denique, editis vnũ fuiſſe amori, alterum odio deſtinatum (Sic enim explicanda eſſe hæc verba, *dilexi, odio habui*, oſtendimus) ſed etiam addidit expreſsis verbis, *Antequam nati eſſent, & boni aliquid vel mali feciſſent*: quibus verbis oſtendit, quòd vnus probus, alter improbus poſtea fuerit, non fuiſſe cauſam, quæ Deum impulerit, vt hunc amori, illum odio deſtinaret: quamuis decretum illud ſuum exequens, Iacobum quidem vt fidelem & probum, idque ex gratia, dilexerit, Eſauum verò vt fœderis contemptorem, & ſceleratum oderit.

Deinde nego προσωποληψίαν esse, quicunque ribus imparia tribuat, nisi hoc iniustis de ca faciat. Obsecro enim, si creditor quispiã ex d bus correis (vt Iurisconsulti loquuntur, qu nati sunt Esauus & Iacobus) vni gratis, qui illi libet, debitum remittat, quod ab altero suo iure exigat (sic enim isti volunt præui corruptionem humani generis in mente præiuisse ordine ipsius decreto) num propt iniustus in vtrumvis censebitur? Immò si hîc est προσωποληψίας occasio, nõ in eo compe tur à quo debitum exegerit, sed in eo cui re serit. Item si Rex quispiam ex duobus par sceleratis vni gratiam faciat, alterum agat in cem, num idcirco vlla erit in iudicio iniqu tis species, quòd in istum animaduertat? mò si qua hîc esset iniquitas, non in eo fu quòd istum puniret, sed in eo potius, quòd etiam in illum perinde sceleratum animadu terit. Itaque si fuisset hic scopus Apostolo p positus (dato quod illi volunt, nempe Dei d tum, saltem de reprobando & perdendo, o ne causarum subsequi corruptionis præuisio Paulo nõ fuisset asserenda Dei iustitia in rep borum exitio (quæ res tamen vna eos offen de quibus nunc ago) sed de vna electorum s te. Et tamen Apostolum videmus de vtro membro distinctè respondere, & idem pro concludere. Non est igitur germana hæc ex sitio, ex qua nasci illa obiectio non potest, qu Apostolus refellit.

Quidam denique nouam hic quoque int pretationem cõmentus est. Putat enim hãc

iection

iectionem ex eo nasci, quòd Iudæi externæ suæ iustitiæ Legalis studiosi quererẽtur Deum iniustũ videri, si alios diligeret in Christo, alios verò licet laborantes, currẽtes, operãtes, & Legi seruientes, incredulos tamen Euangelio existẽtes, reprobaret. Hoc verò viderit vnde tandem coniiciat, quum ne vocula quidem hac de re in præcedẽtibus inueniatur, & particula, *igitur*, vel cæcis ipsis demonstret hanc obiectionem ex superioribus proximè cohærentibus nasci, quæ de Ismaele & Isaaco, Esauo & Iacobo dixerat: & quæ nemo possit ad Iudæos, de quibus Paulus disserit, applicare, habita eius Legalis iustitiæ ratione, cuius admodum exigua pars temporibus exemplorum illorum erat constituta, & cuius prætextum iste viderit quomodo obtendere Ismael vel Esauus potuerint. Deinde quomodo Iudæi de quorum Reiectione hoc loco productis Ismaelis & Esaui exemplis agit Apostolus, obtendere hanc obiectionem potuerint, quin Christum esse verum Messiam & se esse incredulos faterentur? Itaque ineptior est hęc opinio quàm vt longiore refutatione indigeat. Nam quòd Apostolus postea reiectos istos Iudæos fuisse dicit, quòd iustitiam non ex Fide sed ex Lege sectarentur, ad hunc locum nihil pertinet, quum hîc de Reprobationis destinatione, cuius vnica causa est Dei voluntas, illîc autem de Decreti exequutionis causis agatur. Iam igitur audiamus Paulum illam obiectionem his verbis refellentem.

Nam Mosi dicit, miserebor cuius misertus fuero, 15. Vers. *& commiserabor quem commiseratus fuero.*)

Hoc quidam ex veteribus, imò etiam omnia
que ad hæc verba versiculi 20. *Immò ve*
homo, (Origenes videlicet, Scriptor impuri
mus, & alii eum sequuti) somniant, dici nor
Pauli respondentis, sed in aduersarii obiect
nem suam his rationibus confirmantis perso
quod tam futile est & friuolum, vt apud hor
nes, vel communi sensu præditos, id non put
refutatione indigere. Sic autem illa explico.
plex fuit huius obiectionis fundamentum ex
natæ, quòd ex Iacobi præsertim & Esaui exe
plo docuerat Apostolus, Dei decretum tum
eligendis, tum de reprobandis nulla re pror
niti, quæ in ipsis eligendis vel reprobandis i
vel futura prænoscatur. Ad hoc autem distin
Paulus de Electis primùm versu 15 & 16. de
probis verò v.17. respondet: ac demum de vt
que coniũctim conclusionem nectit v.18. Qu
igitur ad illos attinet, respondet, quanuis D
absque vllo qualitatum respectu, sed in seipsi
solum respiciens, amori, ac proinde saluti qu
cunque ipsi libuit destinet, iniustum tamen n
esse, quoniam inter hoc ipsius decretum, (qu
æternum est, & causas omnes etiam medias
tegreditur) & eius decreti exequutionem
est, inter Eligendi propositum & ipsam real
Electionem interfit gratuita misericordia, q
non modò illum ab omni iniustitia absoluit,
etiam summæ clementiæ laudem ei concil
Ideò subiicit Apostolus.

v. 16. *Nempe igitur Electio non est eius, qui velit, ne*
eius qui currat, sed miserentis Dei.) Vt autem
huius responsionis intelligatur, pauciſsimis q

d

lem verbis propoſitæ, ſed accuratiſsimam reponſionem complectentis, ſciendum eſt miſeriam (quod inficiari nemo poteſt) miſericordiæ præire, quæ miſeria quum non à Creatione, ed ab hominis lapſu & eius effecto, nēpe Corruptione originali, omnium peccatorum fonte, orta ſit, hūc autem lapſum neceſſariò rectus creationis ſtatus anteceſſerit, conſequitur has omnes mēdias cauſas decreto quidem ſubordinari, miſericordiæ verò ex qua & per quam Deus æternæ Electionis ſuæ decretum in tempore exequitur, præire. Perinde eſt igitur, acſi diceret Apoſtolus: quamuis Deus nullo qualitatum reſpectu aliquos amori ſuo deſtinet, non eſt tamē iniuſtus, vt qui quum ad realem Electionē ventum eſt, omnes ſub peccati miſeria concluſos inueniat, ne ſi omnes quidem perderet iniuſtus futurus, ac proinde ſummè clemens, tum in eo quòd aliquos ſeruet, tum in eo quòd illos merè gratis ſeruet. Quod ſiquis roget cur Paulus illas medias cauſas, Miſericordiam antecedentes, non exprimat, reſpondeo id ab eo factum, partim quòd Miſericordia poſita ſatis illa intelligantur, ex quibus, ſicut antè dixi, neceſſariò dependet: deinde quòd de illis ſuprà, Capite præſertim quinto copioſiſsimè diſſeruerit: ac demū quòd mox propoſita figuli ſimilitudine ſit ad ſummā cauſam ſuo loco aſſurrecturus: quēadmodum etiam contentus Miſericordiam nominaſſe, neque Fidei, neque Chriſti meminit, id eſt, mediorū iſtius miſericordiæ, quoniā nimirū actum agere noluit. Voluntatem autem appellat cogitationem & conatum animi rectum: curſum

verò bona opera, quorum neutrum teſtatur Apoſtolus Deum neque impuliſſe vt quempiam amori ab æterno deſtinaret, neque impellere, vt quenquam amori ab æterno deſtinatum in tempore efficaciter vocet. Deum enim ordine cauſarum prius gratis eligere decreuiſſe: deinde Electioni deſtinatos gratis vocando reipſa eligere: ac demum in Electis itidem gratis operari & Velle & Facere. Quantopere verò hallucinẽtur, qui ſupplent hoc loco particulam, *Solum*, quaſi non excludat tum à decreto, tum ab Electione reali noſtram voluntatem & noſtra opera Paulus, ſed illa neget ſufficere, niſi cum Dei miſericordia coniungantur, Auguſtinus in eo hallucinatus quum nondum à Philoſophicis Pelagii erroribus liberatus eſſet, ipſemet ſeipſum poſtea corrigẽs ex profeſſo refutauit. Et de Electis quidem hactenus. De Reprobis verò ſic idem Apoſtolus reſpondet:

Dicit enim Scriptura Pharaoni, ad hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te poteſtatem meam, & vt annuncietur nomen meum in tota terra.)

Sicut Gal. 3. 22. Scriptura dicitur cõcluſiſſe omnia ſub peccato quod tamen Deus ipſe iuſto ſuo iudicio facit, infra 11. 32. ſic hoc loco dicitur Scriptura Pharaonem alloqui, in qua Deus ipſe inducitur per Moſen ſic Pharaonem compellãs. Cęterùm ad alterum iam membrum accedit Apoſtolus, id eſt ad Reprobationis decretum, in quo ſimiliter oſtendit nullam eſſe iniuſtitiam quamuis ſola Dei voluntate nitatur. Ac primò quidem oſtendit rem ita ſe habere, allato ipſius Dei de Pharaone teſtimonio: deinde ab opti-

mo

mo fine consilij diuini colligit eiusmodi consilium non posse non optimũ videri, nedum vt sit iniustum. Tertiò cõcludit Deum non posse iniustum videri in damnandis, quos odio & exitio ab æterno destinauit, quia nõ nisi exitio dignos condẽnat, quum inter æternum Reprobationis decretum, & eius exequutionem, (id est, reproborum exitiũ) intercedat eorũ induratio. Quẽadmodum autem in superiore membro diximus, vt huius responsionis pondus perspiciatur, sciendum est Indurandi verbum hoc loco non significare ex molli durum aliquid facere, sed in duritie confirmando illam augere: id quod apparet ex opposita Misericordiæ voce, quę significat duritiem & eius effecta gratis tollere. Durities autem ista ex communi Scripturarum vsu declarat naturam omnium hominis facultatum ad cognoscendum & amãdum Deum tum stupiditatem, tum obstinatam improbitatem, in qua deprauatissima conditione quum nõ sit homo creatus, idem omnino de hoc membro, atque de altero sentiendum est: nempe vt duriciẽ indurationi, sic mollitiem, id est, rectum creationis statum, huic duriciei & lapsui præire. Præterea diligenter attẽdendum est verbum ἐξήγειρα, Excitaui, id est, Feci vt existeres, quod & verbũ עָמַד ex Hebrææ linguæ vsu, declarat. Nec enim quærendus nobis melior interpres, quàm ipse Spiritus Sanctus per os tum Mosis, tũ Apostoli loquut⁹, vt hoc omnino ad ipsum Pharaonis exortum sit referendum, sicut etiam ex verbo ποιῶ apparet, quo mox vtitur Apostolus vers. 21. Deinde notãdum est in verbo, Excitan-

di,comprehendi Indurationem. Respicit enim Apostolus ad totam Pharaonis historiã in qua verbum Indurãdi sæpissimè inculcatur. Sed necesse non fuit hanc omnibus notam historiam integram commemorare. Nisi verò istud obseruetur,videretur Paulus in versiculo proximo vitiosa vti collectione,id est,plus colligere, quàm ferat antecedens. Iam igitur vtriusque membri conclusionem audiamus.

ver. 18 *Igitur cuius vult miseretur,quem autem vult indurat.*

In his verbis continetur totius præcedentis responsionis conclusio bimembris,& tamẽ imperfectè enunciata. Addendum enim est, *Et proinde nulla est in eo iniustitia:* sed quod deest necesse non fuit exprimere, quòd ex proposita obiectione facilè intelligatur. Triaverò distinctè hic significantur. Vnum, quòd Deus neutrius istius decreti causam aliunde,quàm ex se ipso sumat, quo dicto rursum refellitur Pelagianorum opinio,qui præuisam fidem vel opera bona faciunt Electionis æternæ causam. Alterũ, ꝙ sicut huius sui decreti causa summa est & vnica προηγουμενικὴ, mera ipsius voluntas:ita quòd hos potius quàm illos siue in amoris, siue in odii decreto comprehendat,ab eadem ipsius voluntate proficisci, non quòd huius discriminis causam in ipsis personis siue eligendis, siue reprobãdis inueniat. Tertium,quod inter Electionis quidem decretum, & eius exequutionem misericordia, inter Reprobationis verò decretum, & eius exequutionem,induratio interueniat, quæ Deum ab omni iniustitia absoluant. Et hanc quidẽ esse germanam

germanam huius loci explicationem ipſa tum verborum, tum argumentorum ſeries apertè, meo quidem iudicio, demonſtrat, quod melius etiam ex contrariarum expoſitionum comparatione apparebit.

Primùm igitur ſunt qui 18. hunc verſ. nolint dici à Paulo ſed ab aduerſario quopiam, qui ſuperius Pauli reſponſum oppugnet ab abſurdo, quæ huius loci violentiſſima deprauatio certis rationibus manifeſtiſſimè refellitur. Primùm enim quum ſit eadem contrariorum doctrina, quæ alioqui in hac reſponſione inter ſe non cõcerrentur: ſi abſurdum & falſum eſſet poſterius membrum, quo dicitur Deus quos vult, indurare, falſum eſſet etiam & abſurdum prius, quo dicitur Deus, quorum vult, miſereri. Deinde proximo verſiculo manifeſtè notatur perſonæ aduerſarię loquentis diſcrimen, cui mutationi nullus prorſus eſſet relictus locus, niſi hic quidem Paulus loquẽs, poſtea verò aduerſarius ipſi reſpondens, proponeretur. Denique ſi hęc concluſio eſſet impia & abſurda, ſiue vtrinque, ſiue altera tãtùm ex parte, Apoſtolus illam refutaſſet. Atqui tantum abeſt vt eam refellat vt contra ex eius affirmatione ſequens obiectio naſcatur, & verſ. 21. ac deinceps manifeſtis argumentis ab Apoſtolo confirmetur.

Quid autem Caſtellio? *Eligere*, inquit, *& amare gratis licet: reiicere verò & odiſſe gratis*, id eſt, ex mera voluntate, *non licet*. Concedo: ſed vt amori & ſaluti, ſiue gratuitæ Electioni deſtinare gratis Deo licuit, ſic dico Deo licuiſſe ex eadem mera gratuita voluntate deſtinare quos

esset suo tempore iustè osurus & perditurus.

Alii in ipsis vocibus nodos nectunt. Quidam enim ἐξήγειρα interpretantur *Euexi*, in regnum videlicet. Verùm quum nihil tale hîc addatur, & vsque ad summam causam existentiæ rerum, id est, meram Dei voluntatem, Apostolus conscendat, minimè certè agens de Pharaone siue vt priuato, siue vt Rege, hoc glossema quorsum accersatur? Alii vertunt *Obfirmauit*, quoniam in conclusione fit indurationis mentio. Sed hanc interpretationem non admittit verbum ἐξεγείρειν, nisi translatitia significatione quòd videlicet eorum, qui loco cedere quippiã nolunt, hic sit corporis gestus, vt erecto & obfirmato corpore pedibus pertinaciter insistere soleant: sed huius significationis exemplum requiro, quæ tamen etiamsi admittatur, nostræ interpretationi fauet. Græcus autem interpres apud Mosen conuertit διεσώθης *seruatus es*, cui interpretationi fauet Chaldaica paraphrasis & Hebræorum interpretum sententia, vnde etiam factum, vt Latinè quidam interpretarentur *Feci te restare*: quasi verò quærendus sit nobis melior interpres, quàm ipse Dei Spiritus per Paulum loquentis.

Alii denique ad verbum Indurandi tanquam apud scopulum hærent, quod certum est respondere Hebrææ voci *Chazaq* & significare robustum & obfirmatum reddere, oppositum verbo *Rapah*, quod ineptissimè interpretatur Origenes, quasi Deus eos dicatur indurare, quorum malitia vult vti ad aliorum emẽdationem, malos videlicet non subitò vlciscens, sed pœnis

latim ingratescentibus. Hæc vero inter-
o si vera esset, consequeretur Apostolum
ihil dicere, de quo propriè quæreba tur.
nim hac obiectione quæritur de fine
uis illum in responsione non prꝛteriit
olus) sed de causa ipsius Reprobationis
. Imò ne hunc quidem finem, cuius hîc
it Origenes, vel leuissimè attingit A-
us, sed alium, nempe vltimum illum ho-
uinorum consiliorum finem, ipsius vi-
Dei gloriam ex Mose commemorat,
iam dicit Salomon, Deum omnia fecisse
r semetipsum, etiam impium ad diem
.
iii verò impurissimi nostra memoria so-
multò etiam ineptius est commentum,
e ista interpretantis, ac si lenis Dominus
m videns seruos sua lenitate factos de-
s dicat, ego vos corrupi, nihil aliud si-
ns, quàm se illos non castigasse, & ita il-
tate Domini abutentes fuisse factos de-
s. Nam si ita esset, præterquàm quòd ad
am non responderet Apostolus, quæ tan-
ccasio sequenti obiectioni præberetur?
iim ratione Deus non diceretur volens
nem induraſſe infirmiorem, quàm vt Dei
ati posset resistere: sed è contrario Pha-
i voluntati resistens, eáque superior, se
induraſſet.
igitur sic explicant, Indurauit, id est, Non
ui. Et cõcedo non emolliri qui indura-
ia si Deus illos emolliret, non indurare-
l nego necessariò indurari quicunque non

emolliuntur, vtpote quorum durities po
etiam non augeri, sed eadem quę antea esset p
manere. At Indurare Misericordiæ oppositu
quæ significat ex duro molle efficere, non
clarat duntaxat in pristina duricie relinque
sed ex duro durius reddere: quod etiam in t
illa Pharaonis historia demonstratur. Dein
si induratio ex eo sequitur, quòd aliquis n
emolliatur, fatendum est aliud esse Indura
quàm non emollire, sicut consequens aliud
quàm antecedens. Præterea etiamsi hoc con
derem (fateor enim reprobos dum non emo
untur, non autem quòd Deus deteriorem me
tem illis infundat, indurari) Apostolus hac a
missa interpretatione propositum nodum n
soluerit. Manebit enim semper quæstio, cur
liquos antequam nati essent, vel mali aliq
feciſſent, id est, nulla neque corruptionis na
uæ futuræ, neque sequuturæ illorum improl
tatis habita ratione ab æterno decreuerit n
emollire. Hunc enim esse huius quæstionis
tum, suo loco probauimus.

Alii denique ad Permissionem quàm συγχώ
Græci Theologi vocant, cõfugiunt, interpre
tes Induraui, id est, Siui indurescere, siue P
misi esse durum, nec te conuerti. Et sanè fate
neque cõtumaciam innatam, neque eius obl
nationem à Deo tanquam causa oriri, sed
ipsa sponte praua hominis voluntate: sed p
mùm nego Permissionem opponi volunt
Quid enim absurdius dici potest, quàm Deu
vel quod longè maximam hominum part
non curet, vel quòd inuitus eò adigatur, in
ratio

rationem permittere? Quod si neque cõniuens, neque coactus permittit, certè volens permittit, quoniam vtique, vt rectè multis locis inculcat Augustinus, bonum est Dei quidem permittentis respectu etiam mala esse, quoniam alioquin illa esse non sineret, non sinit autem vtique nolens sed volens, in quorum videlicet & condonatione in Christo & iusta punitione Deus gloriam suam patefaciat. Et nisi ita esset, impius esset Apostolus ab induratione non minus, quàm à misericordia ad Dei voluntatem, & eam quidem cui resisti non possit, pariter prorsus conscendens.

Deinde quum fateri sit necesse, Deum indurantem non tantùm spectatoris, sed etiam iudicis partibus defungi, corruptioni videlicet hominis meritò succensentem: quis Permissionẽ istam in sola Derelictione statuerit, quin Deus munere Iudicis spolietur? Nec enim iudex quispiam officio suo defungi dicatur, qui in quempiam desperatæ improbitatis hominem quem in potestate habeat hanc sententiam ferat, Quandoquidem emendari non sustines, agè, latrocinare quandiu & quantum voles, & in quoscunque libuerit impetum facito, donec te rursus comprehensum iustis pœnis afficiam, Absit igitur tale quidpiã Deo tribuamus. Deus enim quos iusto exitio ab æterno destinauit, corruptos & sponte contumaces suo tempore nueniens, deserit quidem, quod ad æternæ salutis media & gratiam attinet, solis saluti destinatis seruatam, at non quod ad imperium & iu-

dicis partes attinet, ſicut præclarè aduerſus Iulianum Pelagianum Auguſtinus loco ſuperius nobis integrè deſcripto demonſtrat. Iudicat ergò iſtos Deus, non tantùm deſerendo, quod ad miſericordiam attinet, ſed etiam ipſos Satanæ & aliis ſimilibus ad illorum acuendam improbitatem tradendo: atque adeo quòd illos in veritatem niti norit, ſuorum etiam fidelium ſeruori operam ad illorum cupiditates irritandas adhibendo, ſicut Moſe & Aarone aduerſus Pharaonem & Ægyptum, Eſaia, cæteriſque Prophetis, Chriſto denique ipſo & eius Apoſtolis, aduerſus maximam Iſraelitarum partem vſus eſt: & vt nunc quoque Euangelii veritas non tantùm euentu, ſed etiã iuſto Dei iudicio toti penè mũdo ad exitiũ annuntiatur. Denique ſuis illos cõcupiſcentiis & in mentem omnis iudicii expertem tradit, ſic tamen vt & in ipſis per illa peccantibus inſtrumenta nihil niſi iuſtè agat (eſt enim, De ſic indurantis reſpectu, induratio præcedentis contumaciæ pœna) neque per ipſorum improbitatem quidquam niſi iuſtè, quod ad ordinantem ipſum attinet, exequatur, ſiue ſuos ſic exploret adhibita perditorum illorũ opera, ſiue Reprobationi deſtinatos, vt menſuram ſuam impleant, inter ſe committat, ſicut ex innumerabilibus ſacræ Scripturæ locis conſtat.

Sed quid tandem tam multorum ingenia exercuit, vt hæc ſubterfugia quærerent? Bonos quidem certè & Dei gloriæ verè ſtudioſos (cæteros enim variis affectibus vt ex ipſorum ſcriptis mãniſeſtè perſpicitur ad oppugnandam veritatem impulſos nihil moror) hoc vnum in has angu-

ſtias

ſtias compulit, quòd duobus argumentis, nempe ſi pro Reprobationis decreto ſtatuatur mera Dei voluntas, quæ quidem omnes medias exitii inde ſequuturi cauſas etiam præuiſas ordine cauſarum antegreditur, & præterea ſi huius decreti dicatur neceſſarius prorſus euentus: illud quoque neceſſariò ſequi exiſtimant, vt & omnium malorum, quæ ſunt damnationis cauſæ, & ipſius tandem damnationis culpa in Deum, tanquam cauſam omnium iſtorum effectricem, transferatur, quod ſine horribili blaſphemia dici nõ poſſe vltro ipſis concedimus. Atqui hęc illa eſt obiectio, quã hîc refellit Apoſtolus, prius illud iſtius conſecutionis argumentũ ex eo refellens, quòd etſi Dei decretũ & de ſeruãdo & de perdendo à mera Dei voluntate oriatur, nihilominus tamen eam viam Deus inuenerit, qua fiat vt ſalutis decretum non niſi per miſericordiam, & perditionis decretum non niſi inuenta in ipſis qui perduntur perditionis cauſa exequatur. Erroris igitur iſtorum hæc cauſa eſt, quòd decretum cum exequutione confundentes, cauſas eaſdẽ vtriuſque eſſe volunt, nempe in decreto quidem præuiſas, in exequutione verò vt iã exiſtentes. Quod ſi verum eſſet, ne de iſtis quidem quærendum fuiſſet. Quis enim Deum accuſarit iniuſtitiæ, ſi præuiſa corruptio eiuſque effecta ipſum ad Reprobationis decretũ impulerunt? Attamẽ ne ſic quidem Carni ſatisfactum iri, prudenter, vel diuinitus potius edoctus, vidit Apoſtolus. Quis enim non videt, illo conceſſo, & dato, q videlicet Deus de humano genere nihil niſi præuiſa eius corruptione ipſum huc impellente, decreuerit,

hoc consequi, vt temerè igitur initio fuerit à Deo creatus homo, itidemque temerè lapsus, aut Dei prius consilium exciderit, aut denique consilium ante creationem de primis hominibus & eorum sobole, captum, Deus prœuisa corruptione immutarit. Nam si vnum & idem illud cõsilium fuit (vt vnum & idem fuisse asserimus, quoniam Deus immutabilis est) consequetur id quod docemus verisimum esse, nempe tũ gratuiti amoris quorundam, tum iusti quorundam odii decretum ordine causarum ipsam corruptionẽ, ac proinde creationem quoque antecessisse, cuius contrà decreti exequutioni & creationem & corruptionem sic Deus subordinauit vt ipse quidem sit creationis auctor, corruptionis autem non item, sed spontanea hominis ipsius ex Satanæ suggestione voluntas, sicut in præfatione pluribus est à nobis expositum. Præterea miror ab iis, qui huius sunt opinionis, non animaduerti ne sic quidem solui nodum, quem ipsi sibi nectũt, & certè quærunt in scirpo. Quũ enim corruptio sit omnibus & singulis hominibus communis, non magis in vnis, quàm in aliis eam præuiderit Dominus. Itaque ad hanc prænotionem, quæ omnes pariter odio dignos coram Deo reddebat, necesse est aliquid accessisse, cur alios quidem ex iis gratis seruare, alios verò iustè perdere decreuerit. Neque id nunc quæro cur hos potius, quàm illos, sed cur alios perdere, alios seruare ex pariter corruptis decreuerit. Hoc autem quid aliud esse statuemus, quàm ipsius meram voluntatem, cui placeat alios misericordiæ & saluti, alios indurationi &

iustæ

iustæ damnationi destinare?

Ergoné(inquies)Deus vt mollitiē in iis, quos amori destinauit, ipsemet efficit (est enim Fides cum omnibus suis effectis,Dei donum) sic etiam duriciem,id est, incredulitatem, & contumaciam cæteráque eiusmodi in cordibus hominum creat, quos odio distinauit? Minimè verò. Duriciem enim istam primus homo in sese, non Deo cooperans, sed à Deo deficiens, & seipsum innata mollitie vltrò spolians, sibi & suis accersiuit. Huius autem mali emendatio à mera Creatoris eum per gratiam refingentis gratia proficiscitur. At obstinatio, qua in eadem duricie quispiam obfirmatur, ab ea ipsa voluntate est quæ vltrò sese in illam charybdim, vni Creatori Deo sanabilem,initio præcipitem dedit. Præcipuum enim indurationis iustè à Deo inflictæ, & peccatorum ex ea indurationē nascentium organum & instrumentum est ipsa hominis, seipsum vltrò in sua malitia obfirmantis, voluntas, sic Peccato mancipata, vt quemadmodum Apostolo teste Rom.8.7.subiicere se Legi Dei non potest, sic etiam nolit, ac proinde necessariò simul & volūtariè peccet, quæ tamen necessitas, quomodo & quatenus Contingentiam non tollat,superius est à nobis explicatum. Itaque mira fuit Castellionis insciētia,qui hæc duo inter se,quasi repugnantia opponit, *Deus indurauit cor Pharaonis, & Pharao induranit cor suum*, non minus falsò & absurdè,quàm quis sic colligeret,Iudas seipsum suspendit,ergò Deus scelus illius suspendio non puniuit: Chaldæi sua improbitate impulsi in Israelitas

ſæuierũt,ergò Deus iuſtè iratus populum ſuum Chaldæis non tradidit.

19. *Dices ergo mihi, quid adhuc ſuccenſet? nam voluntati eius quis reſtitit?*

Summa ſuperioris ad alteram obiectionem reſponſionis hæc eſt, Deum quidem prout ipſi libuit, nec alia ratione,quam ſua voluntate impulſum, ab æterno decreuiſſe tum alios ſeruando,tum alios damnando, gloriam ſuam patefacere: ſed idcircò iniuſtum videri nullo modò poſſe, quoniam hoc decretum ſuum per medias à ſe ordinatas cauſas ſic exequitur, vt nullos niſi per miſericordiam ſeruet, & nullos quoque niſi inuenta in ipſis reis damnationis cauſa condemnet. Ex hac autem reſponſione naſcitur hęc altera eáque ſumma obiectio,pro iis qui damnantur (nam aduerſus alterum membrum de iis,qui per miſericordiam ſeruantur,nihil regeritur) Si quod Deus voluit,id fieri neceſſe eſt (nec enim fieri vnqnam potuit vt quiſquam Dei volũtatem,id eſt,quod Deus futurum decreuit, infringeret) & idem Deus ſicut exitium eorum quos dãnationi deſtinauit,ſic etiam cauſas, quibus hoc decretũ exequitur, prout ipſi viſum eſt ordinauit:quo tandem iure illos puniet, qui neceſſariò ipſius decreto obſiſtere nõ poſſunt? Ex his autem verbis illud quoque imprimis obſeruandum eſt,de quo ſuperius diximus in Prefatione,nempe Voluntatis Dei nomine, interdum quicquid futurum decreuit, (quam voluntatem ſi quis poſſet infringere,Deũ oporteret vel eſſe mutabilem,vel ſimpliciter omnipotentem non eſſe, vel mediis cauſis aſtrictum) interdum id

quod

quod faciendum in lege ſua præcipit, intelligi: cui voluntati Sathan & omnes non regenerati, immò etiam quod carnis in regeneratis ſupereſt, aſsiduè reſiſtunt, quominus ex eius præſcripto viuatur: quod diſcrimen qui non obſeruant, in magnos errores incidunt: & manifeſtè calumniantur, quum nos arguunt quaſi duas voluntates & eas quidem inter ſe repugnãtes Deo tribuamus. Sed iam audiamus quid Apoſtolus reſpondeat.

Immò verò ô homo, tu qui es, qui ex aduerſo reſpondes Deo?)

Vtramque antecedentis partẽ concẽdit Apoſtolus, nempe & hanc eſſe Dei voluntatẽ, & huic voluntati reſiſti non poſſe, neutrũ profectò concẽſſurus vnquam, ſi falſum eſſet, aut, vt nonnulli etiam volunt, blaſphemum. Nam alioqui vnde naſceretur hæc obiectio, aut cur ſimplici inficiatione non reſponderet Apoſtolus, ſi hæc nõ eſſet Dei voluntas, vt ij volunt, qui hanc propoſitionem, Deus vult omnes homines ſaluos fieri, id eſt, quoſuis, ſiue (vt Thomas etiam, quãuis Scholaſtico, nihilominus tamen commodo dicendi genere expoſuit, Genera ſingulorum, non ſingulos generum) ex Indefinita faciunt Vniuerſalem: Item qui ex Vocatione externa ſimpliciter & neceſſariò voluntatem Dei de ſeruandis quoſcunque vocat, colligũt, id eſt, vt in Scholis loquuntur, voluntatem ſigni, à voluntate beneplaciti non diſcernunt, & niſi hanc confuſionẽ illis concedamus, à nobis (abſit à verbo blaſphemia) hypocritam Deum ſtatui contendunt. Item qui decreti Reprobationis cauſam

esse volunt corruptionis & ipsius fructuũ præ-notionem : item qui Electionis decreti euentum non incertum modò, sed etiam mutabilem & ab ipsa hominum voluntate suspensum esse contendunt : quæ fuit Castellionis blasphema planè sententia. Quid igitur Paulus? Nempe vetbis illis aperit omnium istarum responsationũ veram ac propriam caussam, hominum videlicet superbiam : qui propterea quòd rationi vel potius stultitiæ suæ tantopere sunt adicti, vt sui ipsorum æstimationi velint Dei Iustitiam subiicere, Deum existimant non effugere tyrannicæ crudelitatis crimen, si dicatur ex voluntate immota & cui resistere homines non possint, aliquos exitio destinasse. Tales igitur homines Apostolus proposito discrimine Hominis, id est lutei figmenti, & Dei iustissimi semper ac sapientissimi opificis, nec aliunde quàm ex seipso iustitiæ regulam & normam sumentis, ad imbecillitatis vel potius indignitatis suę cognitionem reuocat, vtens verbo ἀντιποκρίνεσθαι, quod non de simplici interrogatione, sed de pertinaci & superba responsatione dicitur, vt ii facere consueuerunt, qui allatis alicuius quantumuis iustis rationibus non acquiescunt. Quòd si inter homines id semper odiosum habetur, præsertim quum inferior à superiore docetur, (licet sæpe eueniat, vt qui dignitate præstat, non sit tamen ratione superior, ac non sit semper habenda pro ratione, cuiuspiam voluntas) quàm est intolerabilis arrogantia in Dei voluntate, de qua nobis constet, non statim acquiescere? Nihil enim est certius id demum rectum & iustum esse,

esse, quod Deus velit: nec eius voluntatē, si propriè loqui volumus, ratione regi, sed ipsam potiùs rationem regere, vt tyrannica nunquam esse possit, sed omnis potius iusti & æqui regula, & ei vni verè conueniat, quod hoc versiculo dicitur, Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Addit Paulus,

Num dicet figmentum fictori, cur me talem finxisti?

His verbis illustrat Paulus superius responsum argumento à comparatis sumpto, quo ingens admodum discrepantia inter Deum creatorem, & hominem creatum significatur, allusione quoque facta ad primam primi hominis ex terræ limo constructionem. Quid enim aliud erat homo, quàm lutum, in Dei opificis, quasi figuli manu, vt multis Scripturæ locis, ac præsertim Iobi 10, 9. dicitur, antequàm corpus carneum ex eo conderet, & animam in illud infunderet? Illud verò, *talem me fecisti*, idem declarare atque Cur mutabilem & ita licet à memetipso mutandum condidisti, liquet ex eo quòd hominem illum primum apertè dicat Moses ad imaginem Dei fuisse conditum, ac proinde excellenter bonum, non autem talem, quales nunc sunt homines. Et hinc etiam liquet Apostolum ad eum vsque diuinæ voluntatis gradum nos perducere, quo nihil est, quod ad nos quidem attinet, superius, à quo nimirum ipsa hominis creatio pendet: tātum abest, vt ex mēte Apostoli Deus alios quidem saluti, alios verò exitio destinans, in mente habuerit humani generis lapsum, siue humanum genus vt

iam lapsum sibi in sua prænotione proposuerit; vnde ad eiusmodi decretum faciendum impelleretur: quum è contrario, vt aliquod sit responsi Apostolici pondus, statuendum sit, Hoc de quo hîc agitur decretum, ordine causarum quæ ad exequutionem ipsius decreti feruntur, ipsam creationem antecedere, ac proinde ipsius opificij corruptionem: sicut sapiens figulus priusquam manus operi admoueat quid quorsum sit facturus necessariò deliberat. Itaque verba ista *talem me fecisti*, apertè declarant quod modò dixi, nempe vel protoplastum, vel in ipsius persona, posteros ipsius hîc introduci, nõ quasi ex integro illo statu, in quo primus ille homo conditus est, sed ex illa mutabilitate & ex illa inde certò sequutura mutatione occasionem huius Obiectionis arripientes. Quorsum enim quereretur homo se creatũ fuisse bonum? Hinc autem omnino efficitur verum esse quod suprà diximus, nẽpe etiamsi verbum *fecisti*, interpretemur *permisisti vt fierem*, non euenisse tamen absque decreti diuini interuentu illam vniuersalem præclari illius opificii hominis corruptionem, cuius nihilominus culpam nullam prorsus hic figulus sustineat. Nec enim eoúsque trahenda est hæc similitudo, vt homo comparetur vasi luteo, nullo in sese sensu, neque motu, nedum intelligentia prædito, sicuti, quum apud Esaiam Rex Assyriorum comparatur serræ, virgæ, baculo Esa. 10, 15. non significatur illum fuisse tantùm ὀργανικὸν instrumentum, sed hoc vnum declaratur, non nisi Deo sic volente & ordinante bellum hoc fuisse ab Assyrio susce-

ſuſceptum & geſtum, Deo videlicet (vt loco ſupra citato rectè deſcribit Auguſtinus) conuenienter ordinante, & non ſolùm in corporibus ſed in ipſis cordibus malorum conuenienter operante quæ mali ſuapte malitia inconuenienter agũt. Itaque in hoc etiam argumento Deus eſt dicendus tũ Sathanæ improbitate, tum humanæ voluntatis libera & ſpontanea mutabilitate rectè vſus ad æterni illius decreti ſui exequutionem, quoniam ſic voluit: ideóque ſtatuendum eſt huius rei euentum, quod ad ipſum ordinantem attinet, iuſtiſsimum fuiſſe. Subiicit autem poſtea Apoſtolus.

Annon habet poteſtatem figulus in lutum, vt ex eadem maſſa faciat aliud quidem vas ad decus, aliud verò ad dedecus? Verſ. 21.

Collegerat Apoſtolus comparatione à minore ad maius ſumpta, multò magis licere in nos Deo noſtro conditori, quod figulo cuiuis in ſuum lutum licet. Hinc autem longius progreſſus oſtendit ἀναλογικῶς etiam conſiderandam eſſe hanc ſimilitudinem: ita videlicet vt nomine maſſę illud ipſum declaretur, quod antea lutum vocarat, id eſt, ipſum humanum genus, quã interpretationem, vt neceſſariam approbo. Sed in eo non poſſum pleriſque aſſentiri, qui intelligunt Deum ſibi in hoc de quo hic agitur decreto humanum genus ſiue tanquam iam conditum (vt quidam volunt) ſiue etiam (vt alii contendunt) velut iam corruptum ſibi in decernendo in æterna ſua prænotione propoſuiſſe. Nam vt antè oſtendi creatio præuiſa non poteſt ſtatui pro cauſa αἰτιαρκτικῆ huius de-

creti, quin simul statuatur Deum prius ordine causarum decreuisse hominem condere, quàm quid eo condito faceret deliberaret, quo nihil dici absurdius potest, quum finis in omnis sapientis artificis mente præcedat ipsius operis aggressionem, vt certissimum sit Dei de humano genere decretum Creationem & ipsius Creationis fines omnes antecessisse, Creationem inquam vt & Corruptionem, decretum illud Dei ordine causarum non antecedere, sed duntaxat exequutioni decreti præire.

Paulum enim alioqui minimè tam altè conscendere neque ad summam illam Dei voluntatem, vt iustam ac necessariam omnium euentũ etiam per causas medias contingentes causam nos ducere oportuit, sed simpliciter respondere, Corruptionem, & si qui sunt eius Corruptionis fructus, causam esse eius voluntatis, qua nonnullos Deus Reprobationi & exitio destinauit, ac proinde non habere illos vel leuissimam occasionem Deum vt iniustum accusandi.

Deinde lutum certè in manu figuli, vnde vasa condit, nondum est vas, nisi φαντάσει sed tantùm massa, ex qua figulus vasa conficit. Massæ igitur appellatione humanum quidem genus, sed vt condendum, non vt iam conditum, nedum vt iam corruptum, necesse est intelligi.

Præterea si res ita se haberet, id est, si massæ nomine omne in genere humanum genus, vt corruptum intelligeretur, certè non diceretur figulus alia vasa ad decus, alia verò ad dedecus *facere*, sed ex vasis iam dedecoris plenis quæ-

dam

id decus renouare, quædam in ſuo dede-
relinquere.
iique verbum iſtud *faciendi*,& nomen *luti*,
ſæ adhuc informis,manifeſtè mihi quidē
ir declarare,Deum in hac ſimilitudine no
oponi,de humano toto genere, in primo
omine, protoplaſto propterea vocato,
ndo ſtatuentem,vnde ſinguli homines ad
vſque ſæculorum propagarentur, eo
m conſilio vt in vnis quidem quos iam
n vitæ libro ſuis temporibus naſcituros,
dos,vocandos,credituros, iuſtificandos
rificandos deſcribebat, ad ſalutis decus
atiam in Chriſto euehendis:in aliis verò
ntrarios gradus in æterni exitii dedecus
ræcipitandis, gloriam ſuam patefaceret.
c rurſum nobis aliæ contrariæ explicatio-
nt refutandæ.

currit autem hîc nobis imprimis refutan- pag.dia-
aſphemus ille Caſtellio, quem in Dialo- logi ſe-
is ante quadriennium à Socino Senenſi, cūdi 146.
perditiſſimi Samoſateniani & Arriani,
niſſimo fratre, ſub Fœlicis Turpionis
ietani nomine editis de hoc loco depra-
plurimum & quidem fruſtra laborātem;
uduit ſcribere optandum fuiſſe,vt Paulus
m ſuam & hoc in loco, & in quibuſdam
pioſiùs & apertius expoſuiſſet,ne à ſeipſo
tire videretur, præceptorem videlicet
pir. Sancto doctiorem. Quid amplius?
,inquit, *ab altero diſcreparet, mallem hoc*
Ieremiæ credere,quàm Paulo, ídque duabus
ſis, primùm, quia Ieremias ſcribit & aper-

tius, & natura Dei conuenientius, siquidem Pa
verba quædam, ac non potius pertinacem eius doct
ne tenerem velis pertinaciùs vrgere: Deinde qu
apud Ieremiam loquitur Deus ipse, cum Paulus
quatur ex sua persona. Quantum autem referat
trum ipse ex sua persona, an verò Dei mandato
quatur, apparet ex ipsomet, qui alicubi sic scrib
ctoribus præcipio non ego, sed Dominus: & pa
post: de virginibus Dominum præceptum non habeo, s
consilium do. Vides, vt nobis eandem suis verbis a
Eloquentiæ tribui, quam Dei. Deus bone, ferri pol
quenquam qui Dei seruos, omni exceptio
maiores, inter se committat, aut qui inter Ap
stolorum & ipsius Christi ore proditam doct
nam, aliquid imparitatis inueniat? Saltem
nim illum ὑπερφυᾶ quem mox Apostolus il
subiicit, expendisset, quo totam illam disput
tionem concludit: Existimo verò (inquit) n
quoque Spiritum Dei habere. Quorsum aute
ista? *Non est* (inquit) *hoc loco similitudo inter Deu*
& figulum, sed inter Dei & figuli materiam: Scil
cet hoc non est insanire, quum manifestè Pa
lus, vt ipsa quoque obiectio & eius respons
deposcunt, sicut antea hominem cum Deo
tercantem, ita subiecta similitudine lutum
gulo non opponat, vt Deus quidem figuli, h
mo verò operis figulini personam sustine
Et quæso quid aliud fuit homo ille protopl
stus, quum conderetur, vt ex eo tum gratis d
gendi, tum iustè reprobandi propagarentu
quàm lutum, siue vt loquitur Abraham, ter
& puluis in Domini tanquam figuli, manu? S
audiamus aliquid acutius excogitatum: *Int*
ligendi

β. eius-
dem dis-
pi 136.
tat.

dum est (inquit) *hîc esse duas similitudines im-*
as, vnam de vasis quæ ad res inhoneſtas fiant,
a hic Paulus non agit ex profesſo : alteram de
qua franguntur. Non est enim idem frangi, &
inhoneſta esse vsui. Prior igitur sic habet : Quē-
dum figulus ex eadem maſſa vasa facit, alia ad
neſtas, alia ad res inhoneſtas: ita Deus ex ea-
reneris humani maſſa, alios homines creat, vt
Christi corpore quaſi oculi, aut aures, aut ma-
t sunt Prophetæ, Apoſtoli, Euangeliſtæ, Docto-
os vt sint quaſi pedes, aut partes immundæ, vt
ateri, quibus non tātas dotes largitus est Deus.
ie hîc non est quod quiſquam de Deo figulo con-
tur. Nulla est enim harum conditionum, quæ
ona sit, nec vllum est tam vile membrum, quod
it vsui. Altera similis tudo est hæc : Quemadmo-
bonus & ſapiens figulus nullum vas facit ad
endum, ſed ſi quod vas vitioſum esse contigit, id
t: ita Deus nullum hominem creauit ad perdan-
ed ſi quem hominem malum esse contigit, eum
. Imò quid iſtud rei eſt, quum ne leuiſſi-
iidem ſit hoc loco frangendorum vaſo-
nentio ſed ad dedecus comparatorum : &
è teſtetur iſte, non idem eſſe frangi & in re
ieſta eſſe vſui (pro quo niſi verſutus fuiſſet
iſta, dicere ipſum oportuit, aliud eſſe,
frangere, quàm Ad vſus ipſi vaſi inde-
condere) id de quo agit ex profeſſo
is expungere, vt de quo ne cogitauit qui-
loc in loco, ſubſtituatur? Item quum hîc
comparentur inter ſe ad impar decus ſed
nere ad dedecus æternum, quod mox
is vocat ἀπώλειαν, comparata: quorſum iſte

quæſo vaſa variis decoris in Eccleſia vſibus cõdita commemorat? Totũ igitur iſtud meræ ſunt nugæ, neque Paulus, vt iſte perabſurdè exiſtimat, ad locum Ieremiæ 18,6. alluſit, in quo non de hoc Dei decreto, ſed de ipſius executione, aduerſus præfractum & ſuæ conditionis immemorem populum agitur, quem ſeſe Dominus, illo adiecto Symbolo per Ieremiam teſtatur, vt Pſalm. 2.9, & Eſaiæ 30.14. tam facilè potuiſſe, ac etiamnum poſſe non reſipiſcentem conterere, quàm vas teſtaceum figulus. Quòd ſi qua hîc eſt alluſio, reſpexerit potius Paulus ad locum Eſaiæ 45,9. altius (quanquam in finem diuerſum) conſcendentis.

Deinde quum Apoſtolus non loquatur abſolutè, ſed comparatè, hæc vaſa inter ſe conferens, ſi condere ad dedecus idem declararet, atque condere ad confractionem, quid aliud conſequetur, quàm ſola vaſa condita ad decus ſupereſſe, reliquis vaſorum nomen amittentibus? Vas enim confractum, vas eſſe deſinit. Quod ſi vas non eſt, quomodo vas erit dedecori ſeruiens? Oportet ergò ex hac ſimilitudine vaſa vtraque permanere, & in eo quòd vaſa ſint, in ſe paria eſſe, quorum diſcrimen in decore & dedecore poſitum ſit, non autem in eo, quòd alia quidem permaneant vaſa, alia verò eſſe vaſa deſinant. En quò euadant hominis iſtius argutiæ.

Alius quidam in hunc locum ſic ſcribit: (*ſimilitudo* (inquit) *figuli, & luti, non hoc conſilio à Paulo producitur, vt omnia eius membra applicentur. Satis enim eſt ſimilitudines in principali ſcopo*

reipræſenti reſpondere. Concedo. Sed quis hîc eſt præcipuus ſcopus? *Oſtenſa*, inquit, *diuerſitate inter figulum & Deum, multò etiam magis Dei Iuſtitiam ab improbo murmure hominum vindicare.* Concedo & iſtud. Sed quo argumẽto vindicat? *Iſto*, inquit, *Si nemo reprehendit figulum, vt maximè ex vna eadémque maſſa efformet vaſa diuerſa, alia quidem ad vſus honeſtos, alia verò ad vſus minus decentes: quanto minus Deus reprehendi debet, aut poteſt, ſi quorundam miſereatur, quoſdam verò indurari permittat, qui ſcilicet per incredulitatem & impœnitentiam contra ipſum inſurgunt, ſicut Pharao fecit? Nam in homine eſt repugnantia, quem oportuit Deo obedire: in vaſe verò figuli ropugnantia locum nõ habet. Figulus enim ipſe ſibi præparat vas vtrumque, vnum ad decus, alterum ad dedecus, voluntate efficaci: Deus verò vaſa ira non efficit, ſed nos omnes natura filios iræ inueniens, eos qui Euangelio non obediunt, à Deo, vt dictum eſt, indurari permittit, quos hoc modo ad interitum iuſtiſſimè dicitur apparare.*

Hæc ille. In quibus multa dico nec verè, nec appoſitè dici. Primùm enim obiectio, ad quam reſpondet Apoſtolus, non ex Indurandi ſed ex Volendi verbo nata eſt, vt ex ipſis verbis appareret. Nec enim quæritur in hac obiectione cur induret Deus: ſed de eo agitur quînam Deus, habeat iuſtam de induratis expoſtulandi occaſionem, ſi induratio pendet à Dei decreto & voluntate, cuius euentus ſit neceſſarius. Ad hãc autem obiectionem ineptiſſima fuerit eius reſponſio, qui de voluntatis diuinæ vi rogatus, de cauſis Indurationis, in ipſo homine hærentibus,

respondeat. Ac proinde non ad hãc obiectionẽ, sed ad superiorem ineptè respondere Apostolus, eo, de quo rogabatur, prætermisso.

Deinde si Dei voluntatis rationem, (vt iste vult perpetuò voluntatem seu decretum Dei, quo nihil dari superius potest, cum eius exequutione confundens) demonstrare voluit Apostolus, nempe corruptionem & repugnantiam, propter quas Deus aliquos indurari permittat, vt iste loqui mauult, non occluserit os Apostolus aduersario, sed potius aperuerit. Perget enim quærere, quum omnes pariter corruptos inueniat Deus (hoc enim negare manifestus est Pelagianismus) id est, ne ad cogitanda quidem, quæ Dei sunt, nedum ad credenda dispositos, vnde fiat, vt ex pariter corruptis alii quidem obediant, alii verò repugnent. Hoc enim discrimen (non autem hîc quæro cur aliqui repugnent Dei voluntati, sed quî fiat vt ex pariter ad obediendum ineptis, alii tamen obediant, alii repugnent) necesse est vel ab ipsis hominibus oriri, vel ex eo, quòd Deus vnis quidem credendi gratiam donet, aliis verò non item. Ab hominibus autem oriri nemo dixerit nisi vel prorsus vel aliquatenus Pelagianus. Superest igitur vt hoc sit ex mera Dei voluntate, qui quum perdere omnes posset, aliquos dũtaxat per misericordiam seruet, & quidem quos ipsi libet. Hæc autem omnia nihil ad hanc posteriorem obiectionem faciunt, manente semper posterioris istius obiectionis, sumptæ ex summæ illius diuinæ voluntatis, quo alios dedecori destinauit, immoto prorsus & necessario e-

o, etiam per contingentes causas medias, cuē-
i. Præterea, si valeat illa interpretatio, simplex
it hoc loco argumentum à comparatis sum-
tum, veluti quum dicitur, Ps. 2, Dominus sce-
ratos, tanquam vas figuli, confracturus, & vt
remias Iudæos quantumuis elatos & turgen-
s, instar lagenæ confringendæ futuros dicit,
t hoc in loco res ipsa ostendit Apostolum sic
comparatis argumentari, vt sit etiam quædam
legorica similitudo, in qua figulus Deum ho-
inum conditorem, lutea vasa humanum ge-
us, destinatio ad decus destinationē ad gratui-
m salutem, destinatio ad dedecus destinatio-
em ad exitium, repræsentat.

Insuper verba ista, *Condere vasa ad dedecus ex*
ti massa, qua tandem rationis specie accipiētur
ro permittere indurari? Nam induratio vasis
m corrupti, necessariò præsuppoſuerit ordine
ausarum (nec enim de temporis ordine quæri-
us) non tantùm corruptionem, sed etiam cre-
ionem, quandoquidem quod non est, corrum-
i non potest. Immò ne massæ quidem nomen
orrupto vasi conuenerit, quia vas nondum est,
uod est luti massa.

Postremò quum disertè Apostolus ex eadem
assa vtrumque horum vasorum genus condi-
m dicat, neque massæ nomen (sicut modò di-
mus) iam conditis, sed condendis vasis con-
eniat, quis non videt summum illud Dei de-
etum & æternum & immotum nobis hîc pro
ni, quod ipsam creationem ordine causarum
tegrediatur? Deum enim oportuerit, priusquàm hominem crearet & de ipso creando, &

ad quem finem omnes ex eo deinceps propagãdos homines crearet, apud se statuisse, nedum vt corruptionis prænotio fuerit προηγουμενη ipsius decreti causa. Ex quibus omnibus nemo non videt, opinor, quàm non conueniat propositæ obiectioni & Apostoli responsioni, ista huius loci interpretatio.

Ver. 22. *Quid si verò volens Deus iram ostendere, & notam facere potentiam suam, pertulit multa lenitate vasa iræ, ad interitum coagmentata: & vt notas faceret diuitias gloriæ suæ erga vasa misericordiæ, quæ præparauit ad gloriam?*

Tertia hæc est Apostoli ad superiorem vltimam obiectionem responsio, cuius hæc summa est, Non esse in subalternis finibus, nempe neq; in vnorum decore, neque in aliorũ dedecore vt de diuini decreti (quod in superiori obiectionis refutatiõe Apostolus vtrimq; ab omni iniustitia asseruerat) æquitate vel iniquitate statuatur, subsistendum, sed ad vltimũ vsque finem esse pergẽdum: vt si huius diuini decreti sicut auctorem, non minus potẽtem, quàm sapiẽtem & iustum, sic etiam optimum finem & exitũ esse cõstiterit, nullus iam locus relinquatur istiusmodi decreti tanquam iniqui reprehensioni. Hunc autem finem triplicem esse declarat Apostolus. Vnum, vt ad dedecus conditos iustè (nempe non nisi vt corruptos ac sceleratos) seueriſsimis æternis pœnis addicẽdo, potentiã illam suam summã, & à Iustitia nunquam aberrãtem Deus demõstret: alterum, vt in ipsa seueritatis suæ ostensione lenitatem etiam suam aliquatenus patefaciat, quandoquidem vasa quoque ad dedecus comparata diu sæpissimè tolerat, maximisque in hac

vita beneficiis frui, quantumuis indignè ipsis abutentes, tolerat. Tertium, vt ex contrariorum collatione, id est comparatione, seuerissimi sui iudicii (qua de re postea plenius agit Apostolus infra 11.22.) cum ea summa benignitate, qua erga vasa ad decus præparata vtitur, quanta sit ipsius misericordiæ amplitudo, appareat.

Sic igitur Apostolus disputationem totam de Fidei solidissimæ firmitatis fundamento, id est, de æterna eorum, quos Deo visum est, ad salutem gratis consequendam, Prædestinatione cæteris iusto iudicio destinatis, ὡσαύτως quidem tum in Gentium Vocatione, tum in Iudæorum Reiectione propositam, ὀυτως verò applicatam absoluit: idque tam accuratè, vt stabilita ex perspicuis Scripturæ testimoniis doctrinæ summa, quicquid aduersus eam proferre humana sapientia potest, ad duas obiectiones, quasi duo summa capita, reuocarit: quarũ prior fertur aduersus causas medias quarum interuentu Deus æternum suum decretum exequitur: posterior verò aduersus ipsum æternum & immotum Dei decretum torquetur.

Sed rursum hîc nobis refutanda sunt quæ à nonnullis aduersus istam huius loci certam & perspicuam interpretationem afferuntur.

Tolerantia, inquiunt, *eorum non est, qua ipsi scientes & volentes facimus & approbamus. Quum igitur ira vasa non sine multa animi lenitate tolerat Deus, sequitur quòd ea non faciat, sed, vt inquit Apostolus, ferat, sine toleret.* Est autem in hac obiectione multiplex error. Primùm enim manifestus est paralogismus in his verbis, *vasa fieri*. Po-

nos torqueretur, vt qui hanc obiectionem refel lens à neceſſario huius de qua hîc agitur diuinæ voluntatis euentu ſumptã, concedat & hanc eſſe Dei voluntatẽ, & huic volũtati reſiſti nõ poſſe. Etenim Stoici nõ tãtùm humanas voluntates ſiue humanarũ actionũ principium, ſed quæcunque fiunt & eueniunt, illius ſuæ Neceſsitatis vinculis adſtringebant: & ita quidem, vt medias cauſas non ſubiicerent Deo, ſed ipſum potius Deum cauſis mediis deuincirent. Nos autem ex Dei verbo edocti fatemur quidem falli non poſſe, nec mutari Dei voluntatem, & nihil prorſus temerè euenire: ſed cauſas medias Dei voluntati ſubiicimus, illas ſecundum ipſarũ naturam ſic libera voluntate mouentis, vt illarum & ordinem & effecta, quando, & quomodo libuit, & ſicut ab æterno decreuit diſponat, variet, & immutet, nedum vt illi, ordine aliquo præſcripto, ſit obnoxius: &, quum hominis voluntas ex Dei ordinatione ſit actionum humanarum intrinſecum ſpontaneúmque principiũ, illarum, quod ad ipſas attinet, contingentem effectum, neceſſario diuini decreti, cui ſeſe illa vltrò & ſponte, non coactè accommodet, euentui minimè repugnare docemus.

Sit igitur Corruptio, cum ſuis fructibus à ſpõtanea humanæ voluntatis à recto defectione: ſit autem iuſtum aduerſus peccatores iudicium à Deo vt peccatorum vltore: ſit & à Deo ad hoc iuſtum iudicium iuſta deſtinatio, neceſſaria quidem, quod ad euentum, ſed neminem cogens: & tum ipſis reprobis os occludens quorum nullos niſi damnationem meritos, damnat:

tum

i gratuito electis, vocatis, iustificatis, glo-
catis considerandæ & agnoscendæ miseri-
diæ ipsius magnitudini singularem occasio-
n præbens.

Sed nondum expeditus videtur nodus illius
ectionis præcipuus, quòd videlicet toleran-
ion sit eorum quæ ipsi scientes & volentes
mus & approbamus: ex quo consequatur va
æ non fieri à Deo, sed tolerari. Agnosco ar-
nentum ex Castellionis lacunis hausturn, sed
d sit prorsus elumbe. Primùm enim sæpe
diximus dici vasa iræ fieri à Deo, non qua-
as ipsa in sese, partim ob corruptionem na-
m, quæ vel sola cūctos reddit iræ filios, par-
ob corruptionis fructus, peccata videlicet,
n Dei merentur, sed quatenus iræ destinan-
. An non autem insignis hæc etiam est erga
os iræ destinatos Dei lenitas, & patientia, q
s non statim & ab ipso exortu, licet perditio-
estinatos, & in se ipsis iam perditos, tamen
uius vitæ vsura, & multis aliis commodis
patitur, faciens oriri solem suum super bo-
& malos? Neque tamen id facere Deus exi-
andus est, qua ratione putat ille Castellio,
si speret vel expectet Deus eorum resipi-
ntiam: quæ merum est ipsius Dei gratuitum
ium 2. Tim. 2, 25. nec quibusvis etiam ob-
m: sed idcirco vt & suam lenitatem tar-
d severitatem iudicii procedentem (vnde &
μακροθυμία dicitur) patefaciat, & vt mensuram
m implentes, suæ ipsorum conscientiæ te-
nonio magis ac magis conuicti tandem, vt
uitur Petrus Act. 1. 25. in locum suum. i. sibi

ab æterno destinatam & iusto tandem Dei iudicio reipsa assignatam perditionem abeant. Nam vt resipiscere non possunt, sic etiam nolunt: cuius, vt ita loquar, Noluntatis, & ad omne malum pronitatis ipsi quoque naturæ legi contrarię non est auctor ipse Deus, sed spontaneus humanæ ex se ipsa corruptæ voluntatis motus.

Deinde non dicit Apostolus *vasa iræ fieri*, id est, iræ, sicuti diximus, destinari per Dei tolerantiam (quînam enim tolerarentur, qui nondum existunt?) sed licet iusto exitio ab æterno destinata, & ab ipso exortu iustam damnationem promerita, singulari lenitate tolerari: adeò quidem, vt testetur Sapiens ille, ex prosperis, vel aduersis huius vitæ rebus, non posse diiudicari quos oderit, & quos diligat Deus, Eccles. 9. Hoc verò non animaduersum Epicureos ad negandam Dei Prouidentiam impulit, & sanctissimos etiam homines valdè exercuit vt ex Psal. 73. & aliis eiusdem operis locis, & ex Habacuc Propheta liquet.

Denique quid absurdius esse possit, quàm tolerantiam opponere ei, quod aliquis sciens & prudens faciat, & approbet, quum è contrario nullus propriè dicatur quippiam tolerare, qui inuitus aliquid toleret?

Sed aliam etiam audiamus obiectionem. *Deus*, inquiunt, *dicitur ab Apostolo* προητοιμάσαι, verbo videlicet actiuo, *vasa ad gloriam: vasa verò ad dedecus dicuntur* κατηρτισμένα, *passiuo verbo, ad interitum, nempe non à Deo, sed à Sathana & à se ipsis.* Agnosco Chrysostomi in hunc locum obseruationem, quæ etsi rectè intellecta ve-

rum

tum ſenſum parit, tamen fundamento admodũ infirmo nititur. Nam & Electis paſsim paſsiua tribuuntur verba, veluti quum dicuntur κλητοὶ, ἠγαπημένοι, ἐκλελεγμένοι, num quæſo à ſeipſis? & quum contra Exitio deſtinati dicuntur à Iuda πάλαι προγεγραμμένοι, id eſt, iam olim deſcripti ad iudicium, num quæſo à ſeipſis deſcripti dicuntur? Meritò igitur Syrus interpres vtramque illam vocem hoc loco paſsiuè conuertit. Iud. 4.

Et quorſum quæſo longius abeamus, quum nihil abſurdius dici poſsit, quàm vas aliquod nõ à figulo, ſed à ſeipſo καταρτίζεσθαι, id eſt, conſtrui, & compingi?

Sed & Apoſtolus tam de vaſis ad decus, quàm de vaſis ad dedecus, Deum quidem cum figulo, vaſa verò non vt iam facta, ſed vt ad contrarios vſus fingenda, cum hominibus, non vt iam conditis, nedum corruptis, ſed aliis quidem ad exitium, aliis verò ad gloriam condendis conferens, vnico verbo actiuo, ἐποίησε, eóque non geminato, ſed vtrique membro communi vtitur, vt ſimiliter prorſus, quod ad figuli deſtinationem attinet, in vtroque membro neceſſariò ſit explicandum. Num igitur, inquies, vt ſalutis cauſarum, id eſt, fidei & ipſius fructuum in Electis ſuis, ſic etiã exitii cauſarũ, id eſt corruptionis & peccatorũ in reprobis auctor exiſtimabitur? Abſit à nobis hæc blaſphemia. Etſi enim vt antea ex Auguſtino diximus, niſi Bonũ fuiſſet etiã Malũ eſſe, Deus illud eſſe nõ iuiſſet, iuit autem vtiq; nõ nolens ſed volens: & peccata, quatenus peccatorum præcedentium ſunt pœnæ, à Deo vt iuſto iudice infliguntur: tamen nullius

Mali, neque iniquitatis vllius causa vel efficiens vel adiuuans existimādus est, vtpote quæ à voluntatis humanæ sponte non coactè (vbi enim coactio est voluntas non est) sese ad Malū mouentis motu initium habeat. Sed quoties iam à nobis dictum est longè aliud esse, de æterno & immoto Dei decreto omnes inferiores causas iustè ordinante quærere, quàm de causis mediis agere, per quas æternum illud decretum suis temporibus exequens?

Ergo huius quidem decreti aliam causam nullam, quàm meram, eámque nunquam tyrannicam, sed semper in sese & ex sese optimam ac sapientissimam voluntatem afferri posse declarat in huius secundæ obiectionis responsione Apostolus. Exequutionis autem huius decreti causas nobis & verbo Dei, & ipsa experientia, nostræque adeò conscientiæ sensu, patefactas, edidit idem Apostolus, priorē alteram obiectionem diluens: nempe quod ad eos quidem attinet, quos decori & gloriæ destinauit, gratuitam in Christo misericordiam: in eos verò, quos itidem exitio destinauit, indurationem, ac proinde corruptionem & peccata, in quibus iustè indurantur: vt meritò tandem Paulus post totam hanc & θετικῶς & ἀποθετικῶς explicatam tractationem, exclamet, *ô profundas diuitias &c.* quæ exclamatio nullum certè locum haberet, nisi diuini non minus in vasis ad dedecus, quàm in vasis ad decus destinatis decreti summū & κύριον αἴτιον esset mera Dei voluntas: nostrum quidem illa captū (quum nihil aliud sit ipsa, quàm *Deus* ipse) infinitè superans, sed tamen semper

in sese

in ſeſe & ex ſeſe ſapientiſsima & optima, iuſtitiæ nimirum normam, non aliunde ſumens, ſed cauſis ipſis ſecundis & mediis omnibus, quatenus ab ipſa ordinantur, tribuens.

Denique quum ſequuti perſpicuam Apoſtoli ſentētiam dicimus, quoniam, vt in gratuita in electos miſericordia, ſic etiam in illa iuſtiſsima in reprobos ſeueritate Dei gloria, ſummè videlicet ſeſe in vnis quidem miſericordem, in aliis verò ſeuerum Mali vltorem reipſa patefacientis, declaratur: idcirco tā in Electionis quàm in Reprobationis decreto conſiderandam nobis eſſe neceſſariò ſummam illam Dei voluntatem, non à cauſis mediis ſuſpenſam, ſed cauſas medias ordinantem, & ad fines ordinatos perducentem: excipit quidam nouus huius loci interpres, *Deū hac ſeueritatis ſuæ manifeſtatione in iræ vaſis non indiguiſſe, ac proinde neceſſarium non fuiſſe ad hanc ipſius in inducendo potentiæ declarationem, vt aliqua vaſa dedecori deſtinarentur, quum huius ſuæ potentiæ ac ſeueritatis ampliſsimum documentum, & exemplum ediderit, tum in lapſis angelis, tum in morte filii ſui, quam pro nobis acerbiſſimam pertulit, vt nulli in humano genere eſſent reprobi, ſed omnes in Chriſto ſeruarentur.* Ego verò reſpondeo hanc obiectionem, & per ſe abſurdam, & à conſequente impiam eſſe. Quid enim tandem fecit Deus quo ad ſuam gloriam patefaciendā indiguerit? Abſit igitur à nobis, vt ſic ſentiamus, aut loquamur. Ac proinde viderit iſti⁹ obiectionis auctor, in quos illā torqueat. Nos quidē docemus expreſſo Dei verbo edocti, Deum omnia feciſſe propter ſeipſum, etiam impiū ad diem malū, Pro. 16. 4. non

quòd vlla re creata ſiue bona ſiue mala indigeat, vel quòd vllius ſalute, vel vllius exitio glorioſior in ſeſe cuadat: ſed quòd illi ita viſum eſt gloriam ſuam tum miſericordiæ, tum ſeueritatis ſuæ in ipſis etiam hominibus declaratione, patefacere. Diſputet igitur iſte quantum volet: ego contrà in hac vna concluſione conquieſcam.

Quod autem ait, *Chriſtum eo Dei conſilio luiſſe pœnas peccatorum noſtrorum vt nulli eſſent reprobi, ſed omnes, id eſt, homines quotquot naſcerentur, in ipſum crederent, & in ipſo ſeruarentur*, falſitatis manifeſtæ coargui dico ex ipſius Chriſti verbis, & ex eo quod impia plurima inde neceſſariò conſequantur. Ego ſcio, inquit Chriſtus, quos elegerim, Ioann. 13. 18. & 17. 9. Non pro mundo rogo, ſed pro iis, quos dediſti mihi, & pro iis qui per eorum ſermonem credituri ſunt in me. Nec dicitur Chriſtus miſſus, vt ſinguli credant in eum, ſed vt quiſquis crediderit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam. Cedo verò, num omnium, id eſt, ſingulorum eſt fides? Negat Apoſtolus 2. Theſſal. 3. 2. Immò pauciſsimorũ ſemper præ aliis fuit Fides. At nonne diſpoſitio, ſiue aptitudo ad Fidem omnibus offertur? Nequaquam. Eſt enim Fides ex auditu: auditus autem ex prædicantis voce: nequaquam autem ſingulis hæc vox mittitur. Notus enim in Iudæa Deus, nec ſic fecit omni genti, Pſal. 67, 2, nec omnes dicit vocari Chriſtus, ſed multos. Immò ne tot quidem electos dicit Chriſtus, quot ſunt vocati, ſed multos vocari, paucos eligi.

Quid amplius? Etiamſi verbum Dei nobis hîc

non

non præluceret, annon ipſa veritas omnium ſæculorum quotidianis innumeris exemplis docet & eſſe mortuos, & quotidie mori, & deinceps probabiliter morituros, quibus nunquam vllo modo oblatum Euangelium fuerit?

Neque quum hoc dico vel Deum arguo, cuiuspotius immenſam miſericordiã in ea re quoque admiror, quòd vel homini vnico gratiam Euangelii offerat, vel homines excuſo, quibus damnandis abſque Euangelii contẽptu, vel ſola natiua corruptio ſufficit. Sed iſtud dogma falſiſsimum reprehendo, ex quo tam falſa & abſurda plurima conſequantur, & quidem in primis Pelagianiſmus neceſſariò ſtabiliatur. In quod præcipitium abreptus miſer ille Caſtellio ſcripſit non modò naſci omnes cum libera Euangelium amplexandi poteſtate: ſed etiam aſſerit modò quidem non fore pœnas eorũ æternas, quibus Spiritus ſancti lux in Euangelio non fuerit oblata, modò verò ſe id neſcire. Ex quo certè neceſſariò efficitur vel vitam æternam eſſe extra Chriſtum, ac proinde falſum eſſe, quod ipſemet Chriſtus ait, Ioan. 17, 3. vel nullos magis eſſe extra mortis æternæ periculum, quàm qui de Chriſto nihil vnquam audiuerunt. En quo tandem iſti ferantur, qui tamen nos vt arcanorum Dei ſcrutatores reprehendunt.

Dialogo 2. de Electione pag. 155. & deinceps.

De Prædeſtinationis certò cognoſcenda τυπωσεις ſibi ab vnoquoque applicandis.

Quos etiam vocauit, nimirum, nos non ſolum ex Iudæis verum etiam ex gentibus. Ver. 24.

Nihil æquè obſcurauit doctrinam de æterna

Dei Prædeſtinatione, atque confuſa & pertu
bata tractatio, dum ſimul & coniunctim de ip
doctrina & de ipſius vſu ſiue applicatione diſſ
ritur, quũ tamen hæ duæ quæſtiones plurimùr
inter ſe differant, ac proinde diſtinctè ſint in E
cleſia tradendæ, quod & Paulus optimus ac ſa
pientiſſimus Theologicæ methodi, in hac præ
ſertim epiſtola, magiſter, accuratè obſeruauit
Hactenus enim ab huius cap. verſiculo 6. ad 2
toto Prædeſtinationis loco pertractato, nun
demum quomodo ſingulis applicanda, ſiue vn
de, & quomodo ſit nobis cognoſcenda ſaluti
noſtræ firmitas (qui verus eſt doctrinæ ſuperio
ris vſus) demonſtrat. Idque ſeruata prorſus e
ipſa docendi ratione, quam in ipſius doctrin
tractatione ſequutum illum fuiſſe oſtendimus
ἐπικῶς videlicet in his verbis, *quos & vocauit*, a
deinceps καθολικῶς in Electis quidem ab his vo
cabulis *nimirum nos non ſolùm ex Iudæis verùm e
tiã ex gẽtibus*, vſq; ad verſiculũ 27. In Reprobi
verò à verſ. 27. propoſita Iudæorum gentis ma
xima ex parte Reiectione, vſque ad Capitis 11
verſiculum 32. finientem: vbi demum totam ſu
periorem diſputationem à verſ. 16. primi capiti
inchoatã concludit diuiniſſimo Epiphonemat
vſque ad 12. cap. initium: inde demum totiu
Chriſtianæ doctrinæ ἀσκῆσιν & vſum non minu
accurata methodo explicaturus.

Summa verò Apoſtolicæ huius doctrinæ d
noſtræ Electionis ac proinde ſequuturæ glori
ficationis certioratione, hæc eſt: Petendam il
lam eſſe nobis non in illa profundiſſima æterni
Diuini decreti abyſſo, captum omnium etiam
Angelorum

Angelorum ſuperantem, ſeu à mediis, per quæ nobis illud in ſeſe ab æterno abſconditum Deus ipſe animis noſtris per aures certiſsimè patefacit.

Patefactio autem iſta nomine Vocationis ſignificantiſsimè declaratur: quòd nimirum hæc Vocatio ſit veluti vocale teſtimonium tanquam ab ipſius Dei ore profectum, quo nihil certius aut expreſsius eſſe poſsit, quum Deus ſit ipſamet veritas. Quum autem Filius Dei, qui vnus nobis audiendus eſt ſaluificæ diuinæ voluntatis interpres, non iam ipſe ſicut quum in terris loqueretur, nobiſcum loquatur, ſed Sancti ſui Spiritus virtute & efficacia: & hic rurſus Spiritus Sanctus non eſſentialiter, ſiue αὐτοπροσώπως in aurem loquatur, vt Phanatici & Enthuſiaſtę ſomniant, ſed per Paſtores & Doctores ad hoc ipſum à Filio miſſos, Ioan. 20. 21. & Epheſ. 4. 11. & à Spiritu Sancto, legitima videlicet vocatione, conſtitutos Act. 20. 28: efficitur Vocis ſiue Vocationis Dei appellatione ordinarium Euangelii miniſterium, ſiue Euangelii vocem in Eccleſia Dei ſonantem hominum miniſterio, & Sacramentorum adminiſtratione ex ordinatione Dei ſancitam intelligi.

Neque id tamen ſic accipiendum quaſi Dei virtus ſimpliciter & ſine exceptione ſit hominum miniſterio alligata, quum poſsit etiam Deus ἀμέσως homines docere, & abundantiſsimâ ſuorum arcanorum cognitione donare: aut quaſi non poſsit etiam quiſpiam per priuatam diuinorum ſcriptorum lectionem ac meditationem verus Chriſtianus euadere: ſed quòd

hunc ſacri miniſterii ordinem ad vocandos & obſignandos Electos ſuos inſtituerit, in quo acquieſcere nos miraculis nec quæſitis nec facilè creditis oporteat.

Neque rurſum hoc ita accipiendum eſt, quaſi vox hominis cor lapideum cuiuſquam in carneũ mutare poſsit, eique Fidem promiſsiones ſalutis amplectentem, & delectationem in Lege Dei inſerere (Totum enim hoc opus ſecundæ creationis, quæ Tractationis nomine ſignificatur Ioan. 6. 44. & à qua noui homines, & Nouę creaturæ dicimur, eſt virturis vnius diuinæ quæ hominem nondum exiſtentem condidit) ſed quoniam id, quod verba à Verbi miniſtro prolata auribus noſtris ſignificant, & quod præterea Sacramenta aliis quoque ſenſibus noſtris renunciant, Spiritus Sanctus, ſua vnius vi ne Angelis quidem ipſis communicabili, mẽtibus noſtris inſculpit, illas ſimul & dociles reddens, & efficaciter tum in intellectu, tum in voluntate docens: vt verè ſint, quod ait Eſaias, omnes docti à Deo, corda videlicet noſtra aperiente, vt non tantùm attendamus, ſed etiam quæ per aures audiuimus, certa Fide nobis applicemus, quá eadem Dei virtute odio Mali & Recti ſtudio pro viribus teſtificemur.

Itaque nobis hîc à duplici præcipitio ſummopere cauendum eſt, nempe ne, quod vnius Dei opus eſt, ad hominem cum Magis ſuperſtitioſis, & idololatris transferamus: vel ordinarium illud Dei in Electis ſuis opus ab opere hominis vſque adeò diſtinguamus cum Enthuſiaſtis, vt etiam ſeparemus, quum plu-

rimum

rimum inter se differant Distinctio, & Separatio, in Electis, inquam, idque eo demum tempore, quo visum fuerit Deo suam in illis Electionem patefacere, & priorem illorum siue simplicem, siue affectatam quoque ignorantiam, atque adeò contumaciam & rebellionem curare, vt ex omnium sæculorum perpetua experientia liquet.

Nam quod ad reprobos attinet, fatendum est omnino interdum Spiritus sancti ministerium cum externo hominum ministerio interdum quidem nulla prorsus ex parte esse coniunctum, vt iis euenit, quibus Euangelii prædicatio nihil aliud est, quàm stultitia aut offendiculum: interdum verò coniunctum quidem, at non eousque vt auditores illos vera illa Fide, qua vt propria nota Electi à reprobis dignoscuntur, Viti illi nostræ vt sibi oblatam salutis doctrinam, sibi singulariter amplexaturos, & cum vite indiuulse cohærentes ac frugiferos palmites futuros inserat: de quibus excindendis palmitibus agitur Matth.12, 45. Ioann.15.2. 1.Corinth.10.5. Heb.6,4. & 10,26. & 2.Petr.2.13. & 22. & alibi sæpe. Neque ex eo consequitur Deum homines ludificari, aut simulatorem esse, nisi quibuscumque suam gratiam foris externo ministerio, intus quoque per Spiritum Sanctum offerat: quam obiectionem antea suo loco refutauimus.

Duplex est igitur vocatio à Deo: vna interna Spiritus per externum hominum ministerium ad trahendos efficaciter auditores: altera externa quæ per homines fit duntaxat, vt iu-

ſto exitio deuoti magis ac magis reddantur ἀναπολόγητοι.

Itaque non omnis Vocatio externa ea eſt, ad quam veluti certiſsimam æternæ noſtræ Electionis certiorationem nos reuocat Apoſtolus. Sed illa demum, quæ cum interna ſpiritus efficacia coniuncta eſt, dicente Domino, multi vocati, pauci electi: quarum diſcrimen ex ipſa Spiritus Sancti voce oſtenditur. Spiritus enim hic vocatur duplex Sancti Spiritus effectum Electis ſolis proprium, ac peculiare. Vnum, vera illa Fides, excellens illud videlicet donum Dei, quo fit vt promiſsiones æternæ vitæ per gratuitam in Chriſto propitiationem & in Verbo, & in Sacramentis oblatas, (id eſt, Spiritus Sancti teſtimonium, quod noſtro Spiritui tum per Verbum, tum per Sacramenta teſtificatur) Electi ſinguli peculiariter amplectantur: Alterũ, Renouatio noſtri, vt iam non cogitare ſolùm, ſed etiam velle, & facere incipiamus, quæ Dei ſunt, nouo homine paulatim creſcente, & vetere ſenſim intereunte.

Ex his autem duobus coniunctiſsimis & nunquam ſeparandis effectis, efficacitas vocationis, & intus à nobis ipſis intelligitur, & externis etiam effectis ſeſe foris prodit, vt neque de externo illo peculiaris noſtræ Electionis decreto magis poſsimus ambigere, quàm ſi Deum ipſum ab æterno vidiſſemus oculis noſtris illud de ſalute noſtra nobis conſciis decernentem: nec de ipſius in omnibus tentationibus opitulatione magis ambigere, quàm ſi præſentem

tem illum nobis ſuccurrentem cernceremus: non magis denique de noſtra ſuo tempore ſequutura tandem glorificatione dubitare, quàm ſi iam vnà cum illo in Cælis conſideremus.

Hinc illa, quæ docemur, Rom.5, 2.5.& 8.9 16.25,38.1.Corinth.2,10.11. & 2. Corinth.1, 22. Hebr.4.16, & 1,Ioan.2,5.& 3,10.19,24.& 4,13.& 5.10. & alibi paſsim. Hinc etiam illa Pauli exhortatio,2.Cor.13.5.vos ipſos tentate annon ſitis in fide: vos ipſos probate. Annon agnoſcitis voſmet ipſos Ieſum Chriſtū videlicet in vobis eſſe? Et illa Petri admonitio,2.Pe.1.10. Quapropter fratres ſtudete Vocationē & Electionē veſtrā firmam efficere in animis videlicet noſtris.

In ſumma igitur ſicut ex operibus verè bonis ad Sanctificationis donum, à Sanctificatione ad Fidem perpetuo nexu cum ea cohærentem & quæ haud ſecus quàm ignis ſplendet, aſcendimus: ita ex certis illis effectis non quamuis Vocationē ſed efficacem illam, & ex hac Vocatione Electionem, & ex Electione demum Prædeſtinationem in Chriſto tam firmam, quàm immotus eſt Dei thronus certiſsima connexione effectorum & cauſarum colligimus, vbi defixa anchora, ſpe illa ſubuecti, quæ nunquam pudefacit, ſuperatis tentationum tempeſtatibus, per Dei Spiritum victores, in glorificationis tādem portum euaſuri pergimus. Eſt igitur hæc de Prædeſtinatione doctrina vnica Fidei & Spei noſtræ baſis, hac demum ratione nobis applicanda, vt quibus gradibus præfatus eſt Apoſtolus, Rom.8,30. Deum ad nos adſciſcendos deſcendere, iiſdem viciſsim ad eum aſcendamus.

Peccant igitur grauiter, qui ſeu aſcendendo ſeu deſcendendo vel vnicum gradum huius ſcalæ prætermittunt: vt ii faciunt, qui quum eos ad intelligendam æternę electionis declarationem oportuerit ab imo gradu, id eſt, à Regenerationis fructibus inchoare, vno ſaltu ad æternum Dei propoſitum conſcendunt: item qui prætermiſsis Fidei fructibus veram fidem ſe habere ſomniãt: item qui & fidei fructibus & fide prætermiſſis ad externam Vocationem aſſurgunt, quaſi extrinſecus vocari ſit ſufficiens Electionis teſtimonium: item qui à ſuis operibus, quæ bona eſſe ſomniant, ad Dei propoſitum trãſcendunt, quaſi Electio à præuiſis ipſorum operibus promanet, id eſt, qui quod ſummum eſt deorſum, & quod deorſum eſt in ſummo vertice collocant: vt & ii denique qui Fidem præuiſam faciunt diuini de Eligendis decreti cauſam.

Sic etiam patet eorum error, qui hanc doctrinam calumniantes argutantur, ſi neceſſariò ſeruabuntur, qui ſaluti deſtinati ſunt, & neceſſariò peribunt, qui exitio ſunt deſtinati, cauſam non eſſe cur Verbum Domini, vel Fidem, vel bona opera curemus. Nam è contrario, non niſi ex Fide, reſipiſcẽtia, & reſipiſcentię fructibus vt ſubordinatis ad Electionis exequutionem mediis ad ſalutem, quæ eſt huius diuini decreti cõplementum, perueniatur. Et quæſo, cur non etiam iſti colligunt ſibi nec comedendum, nec bibendum eſſe, quoniam dies omnium cõſtituit Dominus, quos præterire nemo mortalium poſſit?

Non diſſimilis eſt eorum inſania, qui hac doctrina putant homines ſecuritate quadam imbui

bui,& ad bona opera pigros reddi,quòd qui semel verè crediderint, nunquam excidere posse doceamus. Nos quidem certè docemus ex Dei Verbo tam esse ἀμεταμέλητον veræ Fidei donum quàm æternum Dei decretum est παλιν ἀγχιστον, ὑ ἢ ἀπελίντητον, ὐδ ἢ ἀπατηλὸν, vt ipsi quoque alioqui profani poëtæ decantant. Sed simul addimus, sicut nunquam excidunt vera fide prædíti, ita eos consueuisse auditione & meditatione Verbi diuini seria, & vehemente tum pietatis tum charitatis studio, adiunctis precibus, Fidem & Resipiscentiam in sese cœptas fouere: aut (quod nimium sæpe in grauibus tentationibus accidit) ad tempus interruptam illam repetere, & velut sopitã ἀναζωπυρεῖν, vt noster Apostolus loquitur. Huc spectant illæ Pauli exhortationes, vt eum timore ac tremore nostram ipsorum salutem conficiamus, Philip. 2. 12. & altera eiusdem, Ne currendo defatigemur, donec ad metam in altero sæculo perueniamus: & illa Petri, vt semel elapsi ex corruptione, quæ est in mundo studeamus Vocationẽ & Electionem nostram firmam efficere, id est, Fidei fructuum testimonio nos ipsos magis ac magis in Electionis nostræ πληροφορίᾳ confirmare.

Hoc qui non faciunt, viderint quo iure veram Fidem sibi arrogent. Nam quomodo tandem Fides corda nostra pacificauerit, nisi in Christum Electorum omnium caput respiciens, & fide ex effectis quæ diximus verè in nobis agnita, ad diuini vsque illius immoti æternique de nostra salute in Christo decreti velut arcem nos subuehat, ibique demum conquiescat? Et quid

tandem in grauiſsimis tentationibus, aut etiam lapſibus animos noſtros recreauerit, & gemitus illos inenarrabiles per Spiritum ſanctum in nobis ciere poſsit præter illam particularis, particularis inquam, Electionis (vt ſua cuique Fides particularis eſt ad ſalutem neceſſaria) certioratione?

Neque illud obſtat, quòd interdũ (ſiue quòd ita Deus nos exploret, ſiue quod hæc ſit noſtra negligentia) tam languida & parua ſint Sanctificationis olim in nobis inchoatæ effecta, vt penè nulla eſſe videantur: & tam parum ſonorum Spiritus ſancti teſtimonium in nobis, vt penè non exaudiatur, immò etiam interdũ ipſius Dei recordatio perterrefaciat nos potius quàm ſoletur, quod & ipſi Dauidi accidiſſe videmus Pſal. 77,4. Nam idem Pſalmus remedium aduerſus hanc tentationem certiſsimum, nobis ſuppeditat, iubens nos ſuperiorum temporum recordari & firmitate promiſsionum Dei immota niti experturos Deum ſuos Electos quantumuis ſua ipſorũ culpa grauiter lapſos, ſicut ad inferos a tempus detrudit, ſic etiã ab inferis ſuo tempore reducere reſipiſcẽtiæ Spiritu donatos, quod omnibus Electis ſemper contingit & continget. Neq; his rurſum obſtat illud, *Qui ſtat, videat ne cadat*: nec illa parabola de his quorũ poſteriora deteriora ſunt prioribus Mat. 12.45. & quod ſcribit Petrus de iis qui ad vomitum redeunt 2. Petri 2,21: & Paulus de iis qui exciderunt ex fide 1. Tim. 4.1. quaſi certum non ſit & ἀμεταμέλητον vocare Fidei pignus, vt malè quidam colligunt. Nam ſi res ita ſe haberet, efficeretur mutabile eſſe

De

:i consilium,aut à nobis ipsis suspensum, ne-
e Fidem esse proprium Electorum donũ, ne-
e pacificari Fide nostras conscientias posse:
ę omnia vsque adeò falsa & absurda sunt,vt ea
stimem nulla refutatione indigere. Fatemur
ȝò interrumpi sępe posse veram Fidem ac ve-
i sopiri & quasi amitti quod ad effectus attı-
t, sed nihilominus postquam semel illius vel
ntilla Electo cuipiã data est, tunc quoque il-
n quasi sub cineribus sopitam manere,& rur-
n à Spiritu sancto veluti flabello quodam ex-
ari & accendi credimus,haud secus quàm vi-
ebriis & lethargo correptis non mens ipsa,
nquam illis erepta,sed mẽtis vsus restituitur.
:ut autem Deus quibuscunque veram Fidem
nat perseuerantiam quoque quantumuis sæ-
interruptam largitur,vt pote opus suum nũ-
am deserens Psal.138.8, nec suos vnquam su-
a vires tentari sinens 1.Corint.10.13,sic etiam
ediæ constituit,per quæ perseuerẽt,& quantũ-
s grauiter lapsi restituantur.In hunc finem ex-
rtationes illæ spectant,non autem vt Electos
cidere posse, quod ad certum Dei propositũ
:inet,ex iis colligatur:cæteros vero non vera
l προσκαίρῳ Fide præditos,ab eo, in quẽ vsque
ruenerant gradu excidere,& tantò grauius si-
iudicium accersere,mirum non est, quum ad
ram illam Electionem & in Christũ insitionẽ
nquam pertinuerint.Stat enim illud 1.Ioan.2.
:Si ex nobis fuissent,permansissent vtique no-
scum.Et de Electis quidem hactenus.

Quod ad Reprobos autem attinet,magna hîc
utione opus est. Etsi enim fides,& ἀπιστοι inter

se opponuntur: tamen non sicut vera fides est certum vnicuique suæ Electionis τεκμήριον, ita etiam ex ἀπιστίᾳ fas fuerit simpliciter Reprobationis argumentum capere, vtpote quæ sit non reprobis simpliciter propria, sed omnibus & singulis hominibus ab ipso etiam in hac vita exortu communis (ἀπιστίαν enim vocemus Fidei defectum) nos autem ex nobis ne cogitare quidem possimus, quæ Dei sunt, 2. Corin. 3, 5: nec Christum nobis reuelet caro aut sanguis Matth. 16, 17. Sin verò ἀπιστίαν dicamus illam natiuæ corruptioni superuenientem contumaciam, qua fit, vt quidam audientes non audiant, & aduersus sese offerentem veritatem oculos vltrò claudant, quod facere maxima pars hominum consueuit, tum quoque initio quidem hoc fuerit etiam Reprobis vocatis cum Electis etiam vocatis cõmune, sed tantisper duntaxat dum in electis per Dei gratiã modò citius, modò serius, prout ipsi placet electorum suorum corda aperire, sanetur. Certissima igitur hęc est conclusio auctore Spiritu sancto, per veræ Fidei effecta: ego credo: sum igitur Electus in Christo ab æterno, & in ipso iustificatus seruabor. Ista verò absit vt vera sit, Christum ignoro, vel Euangelio non credo, neque Fidei effecta in me sentio: sum igitur reprobus, & damnabor. Quis enim etiam Electorum natus est cum Christi cognitione, & quotusquisque statim Euangelio credidit? Itaque, non est magis necessarium hoc argumentum quàm siquis me dia nocte ita collegerit: Sol non est ortus, ergo non orietur: quæ responsio si in mentem veniisset iis qui miserum illum Spieram

in

in illa desperatione laborantem conuenerunt, illum sanè recreassent, si modò sanabilis fuisset. Quid ergo? Nempe quum ipsi Electi ex incredulis per Dei gratiam euadant fide prædiți, & quidem interdum extremo vitæ halitu & momento, immeritò ex præsente incredulitate, & nullo effectorum Fidei sensu, quenquam Reprobum esse concluserimus, quũ nemo sit Reprobus, nisi qui incredulus moritur. Bono sit animo potius quem hæc tentatio exercet, & propositum sibi Verbum Fidei vel inuito sibi audiendum esse persuadeat: precetur etiam vel inuitus, nec temerè sese tot aliis hominum millibus postpositis, vocari cogitet: & hoc adeptus vt incredulitatem suam sentiat & in ea sibi incipiat displicere, tum sese pedem alterum in salutis via posuisse agnoscat, nec prius cesset, quàm quod petit, id est, veram respipiscentiam & Fidem, obtinuerit, nunquam profectò si hoc semel in animum induxerit, operam lusurus: quoniam hoc vix vnquam vllus, nisi qui ex Electorum numero fuerit, facere in animum induxerit. Quod enim in contrariam sententiam nõnulli ex Hebræ. 12, 17, de Esauo citant, malè ab ipsis intelligi dico, quum ibi non de pœnitentia à Deo impetranda agatur, sed Esauus frustra dicatur apud patrem egisse, vt benedictionem quam per fraudem impartitus erat Iacobo, reuocaret, qua in re sit à patre passus repulsam, quanuis hoc ab illo cum lachrymis expetiuisset.

De doctrina Prædestinationis vsu quod ad verbi Dei ministros & alios de alijs iudicantes attinet.

QVum verò, vt inquit Apostolus, nemo verè norit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in eo, 1. Corinth. 2, 11. & sola Fides per Spiritum sanctum, mentem Christi, siue consilium & decretum salutis nostræ in Christo teneat, efficitur necessariò vnumquenque Electum propriè esse sibi Electionis suæ conscium. Quia tamen Dominus instruendi, corrigendi, consolandi, redarguendi partes ministris suis ad hoc opus vocatis mandauit, quod sine aliqua interioris hominis notitia fieri nequit, & quum alii alios rectè incedentes iuuare, & aberrantes in viam reuocare prout tum illa Christianorum omnium communis, tum singulorum particularis Vocatio postulat, teneamur, meritò quæri solet an, & quatenus ista de Prædestinationis applicatione doctrina locum in aliis dignoscendis habere possit. Respondeo magnum hîc etiam esse huius doctrinæ vsum, sed magna cautione adhibendum. Quum igitur ex fructibus sit nobis arbor æstimanda, adiuuandi quidem sunt nobis, & sedulò cohortandi, atque adeò in Electionis suæ testimonio magis ac magis confirmandi, quos bonas esse arbores veluti ipsius Dei manu plantatas, & Spiritu rigatas, ex ipsorum dictis & factis cognouerimus: sed ita vt ad perseuerantiam, & constantiam in resipiscentia semper illos cohortemur

ortemur, ſedulóque moneamus, vt quod in-
is eſt, ei quod foris eſt reſpondeat, ne hîc for-
fallamur, aut ipſi ſeſe potius fallant, quia de a-
orum particulari Electione, nõniſi probabili-
r ſtatuere poſſumus. Euangelici verò myſte-
i prorſus ignaros benignè & patienter ex ver-
o Dei inſtituamus oportet: infirmos quoque
t Fide clementer tolerandos monet Apoſto-
s. Pertinaciter reſiſtentes acrius ſunt vr-
ndi: Euangelii denique cognitione abuten-
s, propoſitis quoque minis tum legalibus.
m quæ aduerſus Euangelii contemptores in
cris literis perſcriptæ ſunt, & horrendis Dei
dicijs ſeuerè ſunt obiurgandi, ac grauiſsimis
iam Eccleſiaſticis cenſuris, quod vltimum eſt
emedium, quaſi vi quadam adhibita in rectam
iam, ſi fieri poſsit, reuocandi. Sic denique cum
ruicaciſsimis etiam quibuſuis peccatoribus
gendum, vt ne de iis quidem in quibus Repro-
ationis notæ potiuſquàm Electionis apparent,
orſus deſperemus, quoniam immenſa eſt Do-
ini Dei noſtri miſericordia in extremo etiam
itæ halitu. Et hîc quoque ſæpe multa præter
mnem hominum ſpem accidunt. Nec tamen
mere monuit Ioannes quoddam eſſe pecca-
m ad mortem, pro quo non ſit rogandum,
um nunquam remittatur 1. Iohan. 5. 16. qua
trina non egeremus ſi nunqnam illud no-
in aliquo patefieret: & cuius rei perſpicuum
timonium præbuit Iulianus ille Apoſtata.
rùm quum periculoſiſsima ſint eiuſmodi
icia, tutius eſt illa in genere ad ſceleratiſsi-
s etiam perterrefaciendos proponere, quàm

cuiquam ſigillatim applicare, ſicut feciſſe videmus Chriſtum indefinitè de hoc horribili peccato in Spiritum ſanctum differentè, quamuis proculdubio non tantum, quatenus Deus, ſed etiam quatenus homo erat ſingulari ſapientiæ luce donatus, in quos iſtud competeret, optimè noſſet, quos etiam vt in conſpectu ſuo poſitos nominatim notare potuiſſet. Sic etiam Paulus indefinitè, vtinam, inquit, excidãtur, qui vos conturbant, Gal. 5. 12. Sic denique hoc ipſo loco Apoſtolus de maximæ partis Iudæorum reiectione differens, & in illo triſtiſſimo exemplo ſpectandam nobis proponens actualis illius Reiectionis cauſam, nempe Euangelii contemptum inſanabilem, neminem tamen nominatim notat. Et ne quis ex eo, quod ibi dicit Iudæos exciſos, eſſe tandem reſtituendos: & gentes nunc inſitas, ſi efferantur, rurſus exciſum iri, quod euertere, quæ diximus de immoto æterno Dei decreto videtur: meminiſſe oportet non de ſingulis aliquibus Iudæis, aut gentilibus illic agi, ſed de ipſis populis vniuerſaliter conſideratis, quorum ſtatus ex eo æſtimetur, quod in genere gens quæpiam amplecti ſe profitetur. Verum enim eſt modò per Dei miſericordiam aſciſci gentem, quæ antea propter ſuam contumaciam reiiciebatur, & viciſſim iuſto Dei iudicio repudiari qui gratia Dei fuerint abuſi, manente ſemper immoto Dei de ſingularibus perſonis ſiue eligendis & ſeruandis ſiue reprobandis & perdendis decreto. Idem tamen Apoſtolus, fateor, Alexandrum illum fabrum, 2. Timoth. 4. 14. ſic exe-

cratur

cratur, vt eum satis ostendat pro semel Reprobo & damnando habendum: & apud Dauidem quoque & alibi talia quædam exempla occurrunt, sed quæ non sint in exemplum trahenda, quum sancti illi Dei homines longè alia, quàm nos Spiritus mensura præditos ex peculiari potius vel reuelatione vel sancti Spiritus afflatu sic loquutos fuisse probabile sit potius, quàm præbere nobis imitationis exemplum voluisse.

VT autem totius huius Epistolæ partis dogmaticæ à decimosexto primi capitis versiculo vsque ad vndecimi finem tota methodus, summam Christianæ religionis diuinissimè simul & eruditissimè traditam complectēs, velut oculis subiiciatur, visum est nobis totam hanc tractationem in has theses ordine suo digerere.

DE IVSTIFICATIONE

Prima thesis.

I.

IVstitia & salus, seu vita æterna, necessariò cohærent. Rom. 1. 17

II.

Omnes & singuli homines tum impietatis in Deum, tum iniustitiæ aliorum in alios sunt rei coram Deo. Rom. 1. 18 vsque ad 3. 20.

III.

Aut pereant igitur homines omnes ac singuli necesse est, aut ab alio quopiam hanc iustitiam mutuentur.

IIII.

Christus verus Deus & homo (Rom. 1. 3. & 4.) is est vnus in quo hæc iustitia inhæret, ac proinde in quo solo olim quidem promisso, nunc autem exhibito quærenda est.

Rom. 1. 2, & 3. 21.

V.

Causa efficiens & κύριον αἴτιον huius Iustitiæ per imputationem gratuitam adipiscendæ est Spiritus Sanctus: instrumentalis autem extrinseca Verbi Dei prædicatio (Rom. 1. 21.) intrinseca verò Fides: formalis autem, Imputatio ex aduerso respondens ei imputationi, qua Christo imputata sunt omnia nostra peccata, omnis noster reatus, omnis denique naturæ nostræ corruptio: materialis ipse Christus: finalis gloria Dei summè simul iusti & misericordis.

Rom. 3. 21 vsque ad 26.

VI.

Huius Christi iustitiæ cuius vnius gratuita imputatione iustificati seruamur, prima pars posita est in pœnis, quibus peccata omnia nostra in se recepta Christus pleniſſimè expiauit vt absolutam eorum remissionem in ipso vno nanciscamur.

Rō. 3. 27. vsque ad 5. 10.

VII.

Altera pars huius iustitiæ constat Christi obedientia siue perfecta totius legis pro nobis præstatione, quæ omni nostro reatui tum natiuo, tum aliis innumerabilibus peccatis con-

Rom. 5. 11. vsque ad cap. 6.

tracto

tracto opponitur: quandoquidem non tantùm non peccare, sed etiam plenè Deo obedire tenemur.

VIII.

Tertia eiusdem iustitiæ pars est ipsa naturæ nostræ in nostra carne à Christo assumpta perfectissima instauratio, de qua mox dicetur thesi vndecima.

IX.

Hanc iustitiam Christo tanquam subiecto inhærentem sequitur perpetuo nexu sanctificatio in nobis, iisdem illis causis, quas suprà thesi quinta commemorauimus inchoata, itidémque corruptioni nostræ quę & vetus homo dicitur opposita. Rom. 6. & 2.

X.

Huius inchoatæ in nobis sanctificationis partes sunt, corruptionis nostræ mortificatio eiusdem sepultura, id est, cœptæ abolitionis progressus: ac demum noui hominis inchoatio, quæ viuificatio & resurrectio Spiritualis dicitur: quæ tres partes tribus obiectis respondent, Christi videlicet morti, sepulturæ & resurrectioni, nobis visibilibus baptismi Symbolis repræsentatæ. Rom. 6. 3 vsque ad Rom. 8.

XI.

Quoniam hæc inchoata in nobis sanctificatio aliquatenus duntaxat natiuam naturæ nostræ corruptionem sanat, iccirco longè alia eiusdem naturæ nostræ instauratione nobis penitus opus est, vt coram Dei tribunali, apud quem perfecta integritas, quantæ quidem capax esse res creata potest, necessariò requiritur, consi- Rom. 8. vsque ad 5.

ſtere citra condemnationem poſsimus. Ea verò vt & ſuperiores veræ iuſtitiæ partes ſicut in vnico eodē Chriſto ineſt pro nobis homine facto, vt abolito prorſus peccato humanam naturam abſolutiſsimè inſtauraret, ita in eodem cui per Fidem inſerimur, nobis imputatur, vt ius illud omne quod lex à nobis requirit, pleniſsimè in Chriſto per gratuitam imputationem nanciſcamur.

XII.

Rom. 8. 5. vſque ad 28.

Hæc igitur ſanctificatio in nobis inchoata nos coram Deo nulla ex parte abſoluit, tantum abeſt vt vitæ coronam vllo modo mereatur, ſed noſtræ in Chriſtum inſitionis, ac proinde gratuitæ in eodem abſolutionis, certiſsimus eſt dūtaxat teſtis, quantumuis duriter in hac vita affligamur.

XIII.

Rom. 8, 29 vſque ad finem capitis.

Quum hæc iuſtitia non niſi Electis per Fidem tribuatur, neceſſariò coniunctum habet perſeuerantiæ donum, vt omnino glorificari tandem neceſſe ſit, quicunque hanc iuſtitiā ſunt in Chriſto per Fidem adepti: quòd credentium ſalus non illorum propriè Fide, ſed æterno & immutabili Dei propoſito de Electis in Chriſto per Fidem apprehenſo ſeruandis nitatur, à quo tum Fides ipſa, tum omnia eius effecta proficiſcuntur.

De Præ-

DE PRÆDESTINATIONE

Theſis I.

CErtiſsimum quidem eſt & firmiſsimũ Dei fœdus de vita æterna in Chriſto ſuo donanda, ſed ne iis quidem omnibus deſtinatum eſt, qui in Eccleſia etiam ex ſanctis naſcuntur, nedum vt ad eos, qui ſunt prorſus extranei, & extra Eccleſiam perpetuò manſuri ſunt, pertineat.

II.

Deus enim ab æterno ex mera ſua voluntate omnia, quod ad cauſarum etiam ordinem attinet, antecedente, ac proinde nulla neque dignitatis neque indignitatis præuiſæ habita ratione, eos duntaxat, quos ipſi viſum eſt, ſiue ſingulares homines, ſiue integros etiam populos, alios quidem amori & ſaluti, alios verò odio & exitio deſtinauit. Rom. 9. 6. vſque ad 13.

III.

Deus tamen propterea iniuſtus neque in his, neque in illis cenſeri poteſt, quoniam etſi quos ipſi viſum eſt, amori & ſaluti ex mera ſua voluntate, nullâque vllius in ipſis dignitatis habita ratione deſtinauit, tamen illos ex æterno illo ſuo decreto non niſi per gratuitam in Chriſto imputatam iuſtitiam, amat re ipſa & ſeruat, quibus antea diximus gradibus: & viciſsim quãuis quos ipſi libuit mera ex ſua voluntate ab æ- Rom. 9. 14. vſque ad 18.

terno, nulla vllius ipsorum indignitatis habita ratione, odio & exitio destinarit, tamen reipsa nõ odit, nec perdit nisi sua ipsorum corruptione, vel etiam indomita cõtumacia odium & exitium meritos. Aliud enim est amori destinare, quàm reipsa amare & seruare: & aliud est odio destinare, quàm reipsa odisse, & perdere, quum inter destinationem & eius exequutionem: causæ mediæ à Deo ordinatæ intercedant, ipsum ab omni iniustitiæ specie absoluentes.

IIII.

a. 9. rsque. Hoc Dei decretum prorsus est immutabile, ideóque nullis humanis conatibus infringi potest, nec tamen propterea Deus Reprobis immeritò succenset: aut iniquum ipsius æternum & immotum decretum habendum est.

V.

Primò quia summum ius est Deo conditori in res omnes à se condendas, quo iure abuti ne velle quidem potest, quum voluntas ipsius sit vnica & certissima omnis iusti & recti regula, vt pudere oporteat homines, hac in re Deo respondentes, perinde, acsi lutum sibi iudicis partes arrogaret.

VI.

l. 9. 23. Secundò quoniam hac demum ratione, quam & in perdendis malis, & in seruandis in Christo iustificatis tenet, quàm optimè & quàm sapientissimè sese, qualis ipse est patefacit, nempe summè misericordem (præsertim ex comparatione seueritatis in vnos cum misericordia in alteros) & summè iustum: sic etiam iustum suum iudicium

cium aduersus scelcratos exercẽs, vt ne illos quidem suæ beneficentiæ prorsus expertes sinat.

DE PRÆDESTINATIONIS *Applicatione particulari in Electis Thesis non tãtùm ex Pauli contextu desumpta, sed etiam methodicè aliquot certis rationibus confirmata.*

Thesis I.

DEi consilia & decreta, quæcunque vult ab hominibus intelligi, cognoscũtur aut à posteriore, aut quatenus effecta in causis naturalibus latent, aut ex ipsius reuelatione. A posterioe, vt quum aliquid euenit, & iam extitit, tũ intelligimus antea fuisse decretum à Deo vt eueniret. Ab effectis in causis naturalibus latẽtibus, t Austro flante colligimus Deum decreuisse lutiam. Hæ verò causæ naturales, aut sunt neessariæ ex hypothesi, id est, Dei ordinatione, vt ognoscuntur deliquiorum Solis & Lunæ moienta: aut sunt incertæ, & planè contingentes, : tum notitiam certam gignere non possunt. .x reuelatione vel simpliciter & vniuersaliter, t Noachus cognouit diluuium, & nos scimus ltimum diem futurum: vel vniuersaliter quateus ad totum aliquem populum, siue ciuitatem, ue familiam attinet, cuiusmodi multa prædixit)ominus per Prophetas: vel indefinitè vniuerliter, vt promittitur salus cuiuis credẽti, vnde ognoscimus quosuis credentes saluos fore: vel efinitè *particulariter*, vt Abraham cognouit

ex se nasciturum Messiam: Moses se destinatum esse populo liberatorem: Saul & David se Reges fore: & multa eiusmodi, quæ Deus siue ad huius vitæ cursum pertinẽtia, siue ad regnum cęleste, hominibus patefecit.

II.

Decretum æternum de Electione singulorũ ad vitam æternam tum demum reipsa cognoscetur à posteriore, quando glorificati fuerint Electi. Idem ex causis naturalibus intelligi non potest, quoniam ex naturalibus caussis non pendet, sed ab æterna supernaturali Dei voluntate. Ergò ex patefactione cognoscendũ est, quæ tamen vniuersaliter tantum & indefinitè considerata non pacificaret singulorum conscientias.

III.

Huius autem patefactionis modus si particularis & personalis esset, id est, si Electionis æternum decretũ oporteret singulis hominibus seorsim ab ipso Deo patefieri, oporteret vicissim Deum totidem hominibus apparere, quot sunt homines Electi. Hoc autem ipsi non placere, liquet ex eo, quòd communem potius quandam rationem & modum patefaciendi saluifici sui æterni consilii extare in Ecclesia voluit, toti Ecclesiæ communem, nempe verbi diuini prædicationem & sacramentorum administrationem.

IIII.

Deum tamen nolle vniuersaliter, hac ratione, quatenus est toti Ecclesię communis, decretum Electionis suæ singulis hominibus patefacere, ex eo liquet, quòd non omnes, qui audiunt sunt Electi,

Electi, sed ii tantùm qui audiunt, & credunt.

V.

Oportet igitur quadamtenus generalem esse rationem huius decreti cognoscendi, quatenus videlicet omnes Electi auditione Verbi Dei & Sacramẽtorum administratione ad salutem suã vocantur: & rursum quadamtenus esse particularem, quatenus videlicet ad singulares personas ium efficacitate dirigitur

VI.

Hinc est quòd illam Patefactionem, quæ vocatio dicitur, duplicem facimus: vnam externã uæ præstetur hominum ministerio, omnibus udientibus communi: alteram particularem & ersonalem, eam videlicet, quæ præterquã quòd xterna est, est etiam interna, cum illa externa ohærens (ne quis sibi peculiares extra prædicam Dei verbum enthusiasmos comminiscatur) estque non hominum, sed sancti Spiritus pus in solidum solis Electis quos sic trahit roprium & peculiare.

VII.

Exterior igitur illa Vocatio sensibus corpos percipitur: interior verò menti per Spiritum nctum insculpitur, & ex duobus perpetuò ac eceſſariò consequentibus effectis agnoscitur: uorum vnum est Spiritus sancti quasi cordibus ostris sonorè loquentis sonora testificatio, uòd filii Dei simus, vt intrepidè clamemus Abã, pater, cuius certiorationis plenissimum teimonium præbet Apostolus Rom. 8, 37. & deceps. Alterum autem in eo positum est, quòd m intellectus noster cognitione veritatis illu-

ſtratur, tum voluntas noſtra immutatur, vtpote quæ bene velle & facere incipiat.

VIII.

Ergo vt habeamus noſtræ Electionis teſtimonium in cordibus noſtris obſignatum, ſicut cogitationes mutuas non in aliorum mente indagamus, vtpote quã perſpicere non poſsimus, ſed ex ſermone & verbis dignoſcimus: ita quoque Dei de nobis ſeruandis decretum æternum illud in ipſo Dei velut pectore abditum fruſtra ſcrutaremur, quod ex ipſius demũ voce in Eccleſia ſonante & in animis noſtris (vti diximus) efficaci intelligendum eſt. Itaque ſicut ille ad nos vſque ex alto per cauſas medias deſcendit quas explicat Paulus Rom. 8, 29. & 30. ita nos ex effectis ad cauſas, & ſurſum gradatim ad ipſum vſque ſubuchi & ibi anchoram figere oportet, ab effectis videlicet Regenerationis ad Iuſtificationem: à Iuſtificatione ad veram Fidem, à vera Fide ad Vocationem efficacem, ab efficaci denique Vocatione ad æternum & immotum illud Dei de nobis ſeruandis decretum aſſurgendo, vt inde certam illam victoriæ & glorificationis in Chriſto noſtræ ſpem aduerſus omnes tentationes concipiamus.

DE PRÆDESTINATIONIS doctrinæ applicatione in Reprobis,

Theſis I.

EAdem quidem eſt contrariorum doctrina, quam ob cauſam diximus eandem & pare in prorſus

prorſus eſſe æterni Diuini decreti tum in Electionis, tum in reprobationis deſtinatione rationem: ſed quum ad cauſas medias ventum eſt, per quas Deus ſuum illud decretum reipſa exequitur, diſsimilis eſt illarum, quamuis inter ſe oppoſitarum, ratio, ac proinde non eſt eadem in iſtis ſtatuenda concluſio.

II.

Nam Fides quidem ex effectis ſuis, ſicuti diximus, vt & Vocatio efficax, vnde ad æternum Electionis decretum aſcenditur, eſt prorſus non à natura, ſed à mera Dei gratia, & donũ Dei ἀμεταμέλητον, ſolis Electis peculiare. At contrà Corruptio mater ἀπιστίας & omnium peccatorum, eſt à natura, non tamen qualis creata eſt, ſed qualem ipſa ſeſe vltrò & ſpontè effecit, nulla Creatoris culpa, quãuis non abſque ipſius decreto: & præterea tum Electis, tum Reprobis communis, donec Electi regenerentur, ac proinde non eſt in quibuſuis perpetua.

III.

Firmiſsima eſt ergò & tam immota quàm ipſamet Dei veritas, hæc cõcluſio: Ego verè credo, ſum igitur Electus. Abſit autem vt hæc abſolutè vera ſit, Ego non credo, vel Fidei effecta nulla ſentio, ergò ſum Reprobus: quod non minus ineptè colligitur, quàm ſi dixeris, Sol non eſt ortus, ergò nunquam orietur, vel Ebrius iſte non ratiocinatur, ergò iſte nunquam ratiocinabitur.

IIII.

Itaque neque ex incredulitate, neque ex pec-

catorum grauitate, aut multitudine, neque ex quauis quantūuis peruicaci contumacia necessariò colligitur Reprobatio, sed ex ea demū ἀπιστίᾳ & peruicacia, quæ ad extremum vsque halitum perseuerat, quousque interdum Dominus Fidei & Resipiscentiæ donum differt.

V.

Qui tamen Fidei & salutis viam ingredi negligunt, sedulò & à se ipsis & ab aliis, præsertim quibus hoc onus à Deo impositum est, admoneantur oportet: alioqui perituri, quoniam etiāsi ex ἀπιστίᾳ & eius fructibus necessariò, & absolutè non colligatur Reprobatio, propter immensam Dei misericordiam: tamen propter incertissimum huius vitæ exitum & iustum Dei iudicium probabiliter & penè necessariò omnino colligitur perituros, & occlusas fores inuenturos operarios iniquitatis. Matth. 7. 23. & Psal. 5, 21, & 95, 7, & 8.

VI.

Excipitur peccatum illud in Spiritum Sanctum, quod est ad mortem, ac proinde certissimum Reprobationis ac damnationis τεκμήριον, sed quod potius à Deo quàm ab hominibus dignoscitur, vt planè sit tutius illud Deo relinquere, quàm sigillatim cuiquam citra exceptionem applicare.

FINIS.

CHRISTIANO LECTORI.

Vlsum est operæpretium, Christiane Lector, his nostris subicere præcipua aliquot loca ex D. Lutheri libello de seruo Arbitrio uersus Diatriben Erasmi, excerpta: vt ex iis s sit. sempérque fuerit noster cum eo in hoc Prædestinatione Dei dogmate, consensus, oes liquidò perspicere possint. Quod tibi minus gratum quàm vtile futurum commus, hoc præsertim tempore quo hæc Doctrina à nonnullis, qui se pro fideus Lutheri discipulis venditant, & obatur & in controuersiam aduersus nos atur. Vale & fruere.

EX LIBELLO D
SERVO ARBITRIO AD-
VERSVS DIATRIBEN ERASmi Tom.2. VVittebergenſi.

***

De voluntate Dei tum occulta, tum manifeſtata.

Pag.485.b.

QVR alii lege tanguntur, alij no tanguntur vt illi ſuſcipiant, & l contemnant gratiam oblatam: lia quæſtio eſt. Nec loco illo E zech.18. tractatur, qui de præd cata, & oblata miſericordia Dei loquitur: no de occulta illa & metuenda voluntate Dei, o dinantis ſuo conſilio quos & quales prædic tæ, & oblatæ Miſericordiæ capaces, & pert naces eſſe velit. Quæ Voluntas non requiret dá, ſed cum reuerentia adoranda eſt, vt ſecre tum longè reuerendiſsimum Maieſtatis Diu næ, ſibi ſoli reſeruatum, ac nobis prohibi tum, &c.

Et mox ibidem.

Aliter de Deo, vel voluntate Dei nobis pra dicata, reuelata, oblata, culta, & aliter de De non prædicato, non reuelato, non oblato, no cul

culto disputandum est. Quatenus igitur Deus sese abscondit, & ignorari à nobis vult, nihil ad nos. Hîc verè valet illud *quæ supra nos nihil ad nos.* Relinquendus est igitur Deus in Maiestate & natura sua. Sic enim nihil aliud cum illo habemus agere, nec sic voluit à nobis agi cum eo: sed quatenus indutus, & proditus est verbo suo, quo nobis sese obtulit cum eo agimus, quòd est decor & gloria eius, &c.

Et mox Pag. 486. *a.*

Multa facit Deus, quæ verbo suo non ostendit nobis: multa quoque vult, quæ verbo suo nō ostendit se velle. Sic non vult mortem peccatoris, verbo scilicet: vult autem illam voluntate illa imperscrutabili. Nunc autem nobis spectandum est verbum, relinquendáque illa voluntas imperscrutabilis. Verbo enim nos dirigi, non voluntate illa imperscrutabili oportet. Atque adeò quis sese dirigere queat ad Voluntatem prorsus inscrutabilem, & incognoscibilem? Satis est nosse tantùm quod sit quædam in Deo Voluntas imperscrutabilis. Quid verò, cur, & quatenus illa velit, hoc prorsus non licet quærere, optare, curare, aut tangere: sed tantum timere & adorare. Igitur rectè dicitur, Si Deus non vult mortem peccatoris, nostræ voluntati imputandum est quod perimus. Rectè, inquam, si de Deo prædicato dixeris. Nam ille vult omnes homines saluos fieri dum verbo salutis ad omnes venit: vitiúmque est voluntatis quæ non admittit eum: sicut dicit Matth. 23. *Quoties volui egregare pullos tuos, & noluisti?* Verum quare Maiestas illa vitium hoc volun-

tatis noſtræ non tollit aut mutat in omnibu
quum non ſit in poteſtate hominis: aut cur illu
ei imputet, quum non poſsit homo eo carer
quærere non licet: ac ſi multum quæras, nunqu
tamen inuenias, ſicut Paulus Rom. 9. dicit T
quis es qui reſpondeas Deo?

Et rurſus pag. 487. a. b. Ad illud Matth. 23.
Quoties volui.

Nos dicimus, vt iam antè diximus, de ſecre
illa voluntate Maieſtatis non eſſe diſputandu
& temeritatem humanam quæ perpetua peru
ſitate, relictis neceſſariis illā ſemper impetit i
tentat, eſſe auocandam & retrahendam, ne occ
pet ſeſe ſcrutandis illis ſecretis Maieſtatis, qu
impoſsibile eſt attingere, vt quæ habitet lucei
inacceſsibilem, teſte Paulo. Occupet verò ſe
cū Deo incarnato, ſeu cū Ieſu crucifixo, in qu
ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ, ſe
abſconditi: per hunc enim abundè habet qui
ſcire, & non ſcire debeat. Deus igitur incarnati
hic loquitur *volui & tu noluiſti.* Deus, inquam
incarnatus, in hoc mundo miſſus eſt, vt velit, lo
quatur, faciat, patiatur, offerat omnibus omni
quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria: licet plurimo
offendat qui ſecreta illa voluntate Maieſtatis
vel relicti, vel indurati, non ſuſcipiunt volen
tem, loquentem, facientem & offerentem: ſicu
Ioan. dicit, *Lux in tenebris lucet, & tenebræ eā
non apprehendunt.* Et iterum, *In propria venit &
ſui eum non receperunt.* Huius itidē Dei incarnati
eſt flere, deplorare & gemere ſuper perditione
impiorum: quum voluntas Maieſtatis ex propo
ſito aliquos relinquat, & reprobet, vt pereant

Nec

Nec nobis quærendum cur ita faciat, ſed reuerendus Deus qui talia & poſſit & velit.

Et paulò poſt, p. 487. b.

Dicet hic ratio naſuta, pulchrè inuentum effugium: vt quoties vi argumentorum vrgeamur, ad voluntatem illam metuendam recurramus, & diſputatorem vbi moleſtus fuerit, ad ſilentium adigamus. Reſpondemus non eſſe noſtrum inuentum, ſed diuinum ſcripturis firmatum præceptum. Sic Paul. Rom. 9. *Quid igitur queritur? Quis voluntati eius reſiſtet? O homo tu quis es qui contendas cum Deo? An non habet poteſtatem figulus, &c?* Et Eſa. 58. *Me de die in diem quærunt & vias meas ſcire volunt, quaſi gens quæ iuſtitiam fecerit. Rogant me iudicia iuſtitiæ, & appropinquare Deo volunt.*

Puto his verbis ſatis monſtrari non licere hominibus ſcrutari voluntatem Maieſtatis. deinde cauſa eſt huiuſmodi vt in illa maximè petant peruerſi homines, voluntatem illam metuendã. Ideò maximè locus eſt eos ad ſilẽtium & reuerentiã hortãdi. In aliis cauſis non ita facimus, vbi talia tractãtur quorum ratio reddi poteſt, & reddi nobis mãdata eſt: quod ſi quis pergat ſcrutari rationẽ voluntatis illius, nec noſtræ monitioni cedit, hunc ſinimus ire, & Gigantũ more cum Deo pugnare; ſpectaturi quos triumphos ſit reportaturus, certi quod cauſæ noſtrę nihil ſit detracturus, & ſuæ nihil collaturus.

Et pag. 488. a

Videntur verba illa coniunctiua *ſi volueris* (*ſi vis, ſiquis vult, ſi dilexeritis, ſi manſeritis, &c.*) propter Prædeſtinationẽ Dei ſic poni, vt incogni-

tám nobis: & illam inuoluere, acſi hoc v
dicere, *Si vis, ſi volueris.* Hoc eſt ſi talis fue
pud Deum vt voluntate hac te dignetur, ſe
di præcepta, ſeruaberis. Quo tropo datur i
ligi & nos nihil poſſe, & ſiquid facimus, D
in nobis operari.

Et pag. 489. *b*

Quid ſi hic ratio naſum ruget, & dicat,
Deus iſta nimirum hortari, conſolari & exc
erigíque ad pergendum fideles, promiſs
mercedis: & terreri ac deiici minis impi
deſinant à malis, ne inflentur, aut inſoleſca
peccatis, &c. Cur iſta, inquam, Deus veli
verba fieri, quum talibus verbis nihil effi
neque voluntas in vtram partem ſeſe vei
poſsit, ſed totum pendeat à virtute & opere
ritus ſancti, qui etiam ſine verbo iſta or
poſſet facere? Dicemus, Sic placitũ eſt ipſi I
vt non ſine verbo, ſed per verbum tribuat ſ
tum, vt nos habeat ſuos cooperatores, dũ f
ſonamus quod intus ipſe ſolus ſpirat, vbi vb
luerit, quæ tamen abſque verbo facere po
ſed non vult. Iam qui ſumus nos vt volun
diuinæ cauſam quæramus? Satis eſt noſſe q
Deus ita velit, & hanc voluntatem reuereri,
gere, & adorare decet coercita rationis tem
tate. Nam & Chriſtus Matth. 11. nullam al
rationem adfert cur ſapientibus abſcond
Euangelium, paruulis reueletur, quàm quòc
placuit Patri.

De dicto Moſis. Ego indurabo cor Pharaonis, e
pag. 492. *a.*

Nobis non eſt ſatis ſi dixeris, poteſt hîc t

eſſe : ſed quæritur an debeat & oporteat
ɔum hîc eſſe. Quod ſi non monſtraris ne-
ariò ineſſe tropum, nihil prorſus effeceris,
ibi verbum Dei, *Ego indurabo cor Pharaonis:*
ixeris ſic accipiendū eſſe, vel ſic accipi poſ-
:go permittam indurari. Audio quidem ſic
ipi poſſe: audio hunc tropum populari ſer-
ne vulgatū, vt ego perdidi, quia non ſtatim
rexi errantem: ſed non eſt illi probationi lo
. Non quæritur an tropus ille ſit in vſu: non
n quæritur an aliquis poſsit eum hoc loco
ili vſurpare: ſed hoc quæritur, An tutum ac
:um ſit, rectè hoc loco vſurpari, & an Paulus
:t eo vti? Non de alieno lectoris vſu, ſed de
us authoris Pauli vſu quæritur. Quid facies
ſcientiæ ſic quærēti? Ecce Deus autor dicit,
urabo cor Pharaonis. aperta & nota eſt ſigni
tio verbi indurare: homo verò lector dicit
ıi, Indurare hoc loco eſt indurandi occaſio-
ɔ dare, dum non ſtatim corrigitur peccator:
. autoritate, quo conſilio, qua nēceſsitate vo-
illa naturalis ſignificatio mihi ſic torquetur?
id ſi erret lector, & interpres, vnde proba-
illam torturam verbi hoc loco fieri debere?
iculoſum imò impium eſt verbum Dei ſine
eſsitate, ſine authoritate torquere. An huic
mulæ laboranti ſic conſules? Origenes ſic
ſit, aut ſic: deſine talia ſcrutari, quum ſint cu-
ſa. At illa reſpondebit hoc Moſem, & Paulū
noneri oportuerat antequam ſcriberent, at-
: adeò ipſum Deum: vt quid nos curioſis &
eruacaneis ſcriptis diuexant?

Et mox

Sic opinanti etiam consentiente omnium seculorum industria, nihil credimus, sed pergimus & vrgemus tropum hîc nullum esse posse simpliciter verò vt sonant verba sermonem Dei esse accipiendum. Neque enim nostri arbitrii est, verba Dei fingere & refingere pro libidine nostra, &c.

Et pag. 492. *b.*

Et vt vno verbo dicam, illuc redit licentia ista interpretandi, vt noua & inaudita grammatica omnia confundantur: vt quum Deus dicit *Ego indurabo cor Pharaonis*, mutatis personis sic accipias, Pharao indurat sese mea lenitate: Deus indurat cor nostrum, id est, nos ipsi indurauimus nos Deo pœnas differente. Item, *Tu Domine errare nos fecisti*, id est, nos errare fecimus nos ipsos, te non castigante. Ita Deum misereri iam non significat donare gratiam, aut exhibere misericordiam, remittere peccatum, iustificare, aut à malis liberare: sed contra significat inferre malum, & castigare, &c.

Et pag. 493.

Euincit igitur textus Mosis tropos esse fictos & nihili hoc loco, lõgéque aliud & maius quiddam vltrà beneficentiam, afflictionem, & castigationem significari illis verbis, *Ego indurabo, &c.* Quæ enim ira & castigatio instantior quàm dum tot plagis percutit? vt non semel velut resipiscens illis Pharao moueatur, sed non permouetur nec perseuerat. Quæ etiam lenitas largior? quàm dum tam facilè tollit plagas, totiès reducit bona, totiès aufert mala? vtraque

traque tamen nihil faciunt, adhuc dicit, *indurabo*. Adhuc ſtat induratio & aliam eſſe neceſſe eſt quàm tu ſomnias.

Et paulo poſt.

Sed fingamus valere tropum hoc loco, viſuri quomodo elabatur, ne affirmare cogatur ſolius Dei voluntate, noſtra verò neceſsitate omnia fieri: & quomodo excuſet Deum ne ipſe ſit auctor & cauſa noſtræ indurationis. Si enim verum eſt quod tunc indurare Deus dicitur, quum lenitate ſua tolerat, nec ſtatim punit: vtrumque adhuc perſtat. Nihilominus enim homo ſeruit peccato neceſſariò, nec liberum arbitrium fit melius lenitate tolerantis Dei, ſed neceſſariò peius, niſi addatur ei Spiritus miſerante Deo. Et æquè Deus crudelis eſſe videtur tolerando per lenitatẽ homines, atque à nobis prædicari putatur, quòd indurat volendo, volũtate illa imperſcrutabili. Videbitur enim haç lenitate crudeliſsimus, quum poſsit malis noſtris mederi ſi vellet, poſſétque non tolerare ſi vellet: imò niſi vellet, tolerare non poſſet. Stante ergo illa voluntate ſine qua nihil fit, & dato quod liberum arbitrium nihil poſsit boni velle fruſtra dicitur, quicquid dicitur pro excuſando Deo, & accuſando libero arbitrio. Semper enim dicit liberum arbitrium, *Ego non poſſum, & Deus non vult, quid faciam? &c.*

De cauſa Electionis & Reprobationis, pag. 493. b.

Si eſt igitur vnius definitionis, eiuſdemque impotentię liberum arbitriũ in omnibus hominibus, nulla poteſt ratio reddi cur vnum peruc-

niat ad gratiam,& alterum non perueniat,ſi nihil prædicetur quàm lenitas tolerantis,& caſtigatio miſerentis Dei. Tunc nec Deus quẽquam eliget,nec electioni vllus locus relinquitur: ſed ſola libertas arbitrii,lenitatem,& iram acceptãs vel refutans. Spoliatus verò Deus virtute & ſapientia eligendi,quid erit niſi Idolum fortunæ, cuius numine omnia temerè fiunt? Et tandem eo venietur vt homines ſalui fiant & damnentur ignorante Deo,vt qui nec diſcreuerit certa electione ſaluandos & damnandos: ſed oblata omnibus tum generali lenitate tolerante & indurante,tum Miſericordia corripiente, & puniente:hominibus reliquerit vtri velint ſalui fieri,aut damnari. Ipſe interim fortè ad conuiuiũ Aethiopum profectus,vt ait Homerus. Talem Deum nobis & Ariſtoteles pingit, qui dormiat ſcilicet & ſinat ſua bonitate & corruptione vti & abuti quoſlibet. Nec ratio aliter poteſt de ipſo iudicare:ſicut enim ipſa ſpernit & contemnit res diuinas,ſic iudicat & de Deo quaſi ſpernat,& omiſſa eligendi,diſcernendi, inſpirandi ſapientia,voluntate, & præſentia, hominibus mandarit negotioſum iſtud & moleſtum opus, lenitatem & iram ſuam acceptandi & refutandi. Hùc venitur dum ratione humana Deum metiri,& excuſare volumus: dum ſecreta Maieſtatis non reueremur:ſed penetramus ſcrutantes, vt oppreſſi gloria,pro vna excuſatione mille blaſphemias euomamus,&c.

Et pag.494.a.

Ita fit vt dum ſoli voluntati Dei non permittimus indurandi,& miſerendi,& omnia faciendi volun-

di voluntatem & potentiam? ipsi libero arbitrio omnia posse tribuamus sine gratia: quod tamen negauimus.

Causæ falsæ interpretationis horum verborum. Ego indurabo, &c, Pag. eadem.

Causas videamus fingendi tropi hoc loco. Absurdum videtur (ait Diatribe) vt Deus non solùm iustus, sed & bonus induraſſe dicatur cor hominis, vt per illius malitiam, suam illustraret potentiam: & Origenes fatetur occasionem indurationis datam à Deo, culpam tamen in Pharaonem reiicit. *Respondetur mox,*

Absurditas ergo vna est principalium causarum, ne verba Mosis & Pauli simpliciter accipiantur. Sed ea absurditas in quem peccat fidei articulum? *Et mox.* Eodem argumento negabis omnes fidei articulos, quòd lõgè absurdissimum sit Deum esse hominem, virginis filium, crucifixum, sedentem ad dexteram patris. Absurdum alia credere. Fingamus ergo & hic tropos, cum Arianis, & Manichæis: ne Christus sit simpliciter Deus, aut verus homo, sic pulchrè scripturas tractabimus.

Sed nec prosunt tropi ad vitanda absurda. Absurdum enim manet ratione iudice, vt Deus iustus, & bonus exigat à lib. arb. impossibilia, & ei imputet quod non possit velle bonum: & nihilo clementius aut mitius agit, dum non confert spiritum, quàm si induret, aut indurari permittat. Hæc dictabit ratio non esse boni & iusti Dei, quia palpare & videre vult quomodo sit bonus,

& non crudelis. Nunquam verò comprehenderet si dicetur de Deo, Neminem indurat, neminem damnat, sed omnibus miseretur, omnes saluos facit; nimirum vt destructo inferno, positóque metu mortis, nulla pœna formideratur futura. Ideo sic æstuat, & contendit, vt Deum excuset & defendat iustum & bonum. Sed fides & spiritus aliter iudicant, qui Deum bonum credunt etiamsi omnes homines perderet.

Et pag. 494. b.

Quid refert induretur, an indurari mereatur liberum arbitrium, quum induratio necessariò insit, donec ineſt impotentia illa, qua non potest velle bonum sine gratia,

Et mox. Quomodo Deus operetur mala in nobis.

Quæritur quomodo Deus mala dicatur in nobis operari, vt, *indurare, tradere desideriis, seducere*, &c. Oportuit sanè verbis Dei contentos esse, & simpliciter credere quod dicunt, quum sint opera Dei prorsus inenarrabilia: Tamen in obsequium rationis, ideſt stultitiæ humanæ, libet ineptire, & stulteſcere, & balbutiendo tentare, si qua possimus eam mouere.

Et pag. 495. a.

Primo etiam ratio concedit, Deum omnia in omnibus operari ac sine ipso nihil fieri, nec efficax esse. Est enim omnipotens, & pertinet ad omnipotentiam eius, vt ait Paulus ad Ephe. Iam Satan & homo lapsi & deserti à Deo, non possunt velle bonum, hoc est, ea quæ Deo placent, & quæ Deus vult, sed in sua desideria conuersi, quærunt perpetuò quæ sua sunt. Hæc eorum vo-

luntas

luntas & natura ſic à Deo auerſa non eſt nihil: ſed manet voluntas & natura in vtroque. Et ea non minus ſubiecta ſunt (vt pote creatura, & opus Dei) omnipotentiæ, & actioni diuinæ, quàm reliquæ creaturæ & opera Dei. Hic vides quum Deus in malis, & per malos operatur, mala quidem fieri, Deum tamen non malè facere, quia ipſe bonus malefacere non poteſt, malis inſtrumentis vtendo quæ raptum & motum potentiæ ſuæ non poſſunt euadere. Vitium ergo eſt in inſtrumentis, quæ ocioſa eſſe non ſinit, fiuntque mala mouente Deo non aliter, quàm ſi faber ſecuri ſerrata, & dentata malè ſecaret, quia impius non poteſt non errare, & peccare, dum raptu diuinæ potentiæ motus, ociari non ſinitur, ſed velit, cupiat, faciat taliter qualis ipſe eſt. Hæc rata & certa ſunt ſi credimus, omnipotentem eſſe Deum: & Impium eſſe creaturam Dei: auerſam verò relictámque ſibi, ſine ſpiritu Dei non poſſe velle, aut facere bonum. Omnipotentia enim Dei facit, vt impius non poſſit motum & actionem Dei euadere, ſed neceſſariò illi ſubiectus pareat. Corruptio eius, ſeu auerſio eius à Deo, facit vt bene moueri aut rapi non poſſit. Deus ſuã omnipotentiam non poteſt omittere, propter illius auerſionem: Impius verò non poteſt ſuam auerſionem mutare. Ita fit vt neceſſariò peccet, & erret, donec ſpiritu Dei corrigatur, &c.

Et mox, *Vnde induratio.*

Indurationis negotium ſic habet: Impius, ſicut & Satan eius princeps, totus verſus ad ſe, & ad ſua, non requirit Deum: nec curat quæ Dei ſunt: ſed ſuas opes & glorias, ſua opera,

ſuum regnum omnino quærit, illíſque vult in pace frui. Quod ſi quis illi reſiſtat, aut aliquid horum velit imminuere, eadem auerſione qua illa quærit, etiam mouetur, indignatur, & furit in aduerſariũ. Et tam non poteſt non furere, quàm non poteſt non quærere, & cupere: & tam non poteſt non cupere, quàm non poteſt non eſſe creatura Dei, licet vitiata. Hic eſt ille furor mũdi aduerſus Euangelium.

Et mox pag. eadem. b.

Hæc ipſa irritatio impiorum, quum Deus illis contrarium dicit, & facit, eſt ipſorum indurtio, & ingrauatio. Peiores enim fiunt dum ipſorum auerſioni reſiſtitur, aut detrahitur. Hîc Pharaoni impio ereptutus Deus tyrannidem, irritauit eum, & magis indurauit, & aggrauauit cor eius, dum illum per verbum Moſis inuaſit, & intus ſpiritum non dedit: ſed ipſius impiam cor ruptionem permiſit Satana regnante ſuccenſere, furere, & procedere cum ſecuritate, & contemptu.

Et mox.

Non igitur quiſpiã cogitet Deum, quum dicitur indurare, aut malũ in nobis operari (eſt enim indurare malum facere) id eſt ſic facere, quaſi de nouo in nobis malum creet, &c. ſed ſic cogitet quibæ vtcumque volet intelligere, in nobis, id eſt, per nos, Deũ operari mala, nõ culpa Dei, ſed vitio noſtro: qui, quum ſimus natura mali, Deus verò bonus, nos actione ſua pro natura omnipotentiæ ſuæ rapiens aliter facere non poſſit, quàm quod ipſe bonus malo inſtrumento malum faciat, licet hoc malo pro ſua ſapientia v-

tatur

tatur bene ad gloriam ſuam, & ſalutem noſtrã. Sic Satanæ voluntatem malam inueniens, non autẽ creans, (ſed deſerente Deo, & peccante Satana malam factam) arripit operando, & mouet quorſum vult : licet illa voluntas mala eſſe non deſinat, hoc ipſo Dei motu. Hoc modo dixit Dauid 2. Sam. 16. Dominum iuſſiſſe vt Semei ipſi malediceret. At externum non erat vllum tale præceptum, quo Deus tam virulentum & malũ opus, quale eſt maledicere, præcipiat. Reſpicit ergo Dauid ad illud, quod Deus omnipotens dixit, & facta ſunt, hoc eſt, quod verbo æterno omnia facit.

Et mox.

Sic indurat Pharaonem quum impiæ & malæ eius voluntati offert verbum, & opus, quod illa odit, vitio ſcilicet ingenito, & naturali corruptione. Atq; quum Deus Spiritu ſuo eam intus non mutet, pergat verò offerendo : & obtrudendo : vt contra Pharao vires, & potentiam ſuam conſiderans, & eis confidens, fit vt hinc inflatus & ſuperbus induretur, & eò magis ac magis irritetur, quò magis Moſes inſtat & minatur. Hæc autem voluntas eius mala, ſeſola non moueretur aut induraretur, ſed omnipotens actor quum illam agat ineuitabili motu, vt reliquas creaturas neceſſe eſt eã aliquid velle. Quũ verò Deus ſimul foris offerat, quod naturaliter illam irritat & offendit, fit vt Pharao non poſſit euitare indurationem ſui, ſicut vitare non poteſt, & omnipotentiæ diuinæ actionem & auerſionem, ſeu malitiam ſuæ voluntatis. Quare induratio Pharaonis per Deũ ſic impletur, &c.

Et mox.

Explosis ergo tropis,& glossis hominis,verba Dei simpliciter accipimus,ne sit necesse Deum excusare,vel iniquitatis arguere. Quum enim dicit,*Ego indurabo cor Pharaonis*,simpliciter loquitur, acsi diceret, Ego faciam vt cor Pharaonis induretur,seu vt me operãte,& faciente induretur. Intus enim generali motu ipsam mouebo voluntatem malam,vt suo impetu & cursu volẽdi pergat. foris verò offeram verbum,& opus in quod impinget impetus ille malus; quum aliud non possit nisi malè velle : me, virtute omnipotentiæ,malum ipsum mouente.&c.

Et pag.497.a.

Hinc illud est quod ferè post singulas plagas repetit Moses. *Et induratum est cor Pharaonis, vt nõ dimitteret populum sicut locutus fuerat Dominus*: quasi dicat,vt verax appareret Dominus, qui illum indurandum prædixerat. Si hic erat vlla vertibilitas aut libertas in Pharaone, quæ in vtrunque potuisset, non potuisset Dominus tam certò prædicere eius indurationem. Nunc quum promittat is,qui nec falli,nec mentiri potest,necessariò futurũ erat,vt induraretur. Quod non fieret nisi eius induratio prorsus esset extra vires hominis,& in solius Dei potestate:modo quo diximus suprà, videlicet quòd Deus certus erat,sese operationem omnipotentiæ generalẽ non omissurum in Pharaone, quum nec posset eam omittere.

Cur Deus non cesset à motu omnipotentiæ,aut cur voluntates impias non mutet,cùrue Adam ruere siuerit,& nos impuros creauerit pag496.a.

Quærat

Quærat quiſpiam, cur Deus non ceſſet ab ipſo motu omnipotentię quo voluntas impiorum mouetur, vt pergat mala eſſe, & peior fieri? Reſpondetur, hoc eſt optare, vt Deus propter impios deſinat eſſe Deus, dum eius virtutem & actionem optas ceſſare, ſcilicet vt deſinat eſſe bonus, ne vlli fiant peiores.

At (inquient rurſus) cur non ſimul mutat voluntates malas quas mouet? *Reſponſio.* Hoc pertinet ad ſecreta Maieſtatis, vbi incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, nec noſtrum hoc eſt quærere: ſed adorare myſteria hæc. Quòd ſi caro & anguis hic offenſa murmuret, murmuret ſanè, ſed nihil efficiet, Deus ideò non mutabitur. Etſi scandalizati impii diſcedant, Electi tamen manent. Idem dicetur illis qui quærunt. Cur permanerit Adam ruere? & cur nos omnes eodem peccato infectos condit? quum potuiſſet illum ſeruare & nos aliunde vel primùm purgato ſemine, creare? nimirum quia Deus eſt, cuius voluntatis nulla eſt cauſa, nec eſt ratio, quæ illi ceu menſura, & regula præſcribatur, quum nihil ſit illi æquale vel ſuperius: ſed ipſa eſt regula omniũ. Si enim eſſet illi aliqua regula aut menſura, aut cauſa aut ratio, iam nec Dei voluntas eſſe poſſet. Non enim quia ſic debet aut debuit velle, ideò rectum eſt quòd vult: ſed contrà, quia ipſe ſic vult, ideò debet rectum eſſe quod fit. Creaturæ voluntati cauſa & ratio præſcribitur, ſed non creatoris voluntati, niſi alium illi præfeceris creatorem.

Alia obiectio, eiusque solutio.

pag.498.b

Scilicet hoc offendit sensum illum commu nem, seu rationem naturalem, quòd Deus m ra voluntate sua homines deserat, induret, d mnet, quasi delectetur peccatis & cruciatib miserorum tantis & æternis, qui prædicati tantæ misericordiæ & bonitatis, &c. Hoc in quum, hoc crudele, hoc intolerabile, visum e de Deo sentire, &c.

At ipsamet ratio naturalis, quæ necessitat illa offenditur, cogitur eam concedere propri suo iudicio, etiam sine vlla scriptura conuicta Omnes enim homines habẽt etiam hãc senten tiam in cordibus suis scripta, eamque & agno scunt & probant, licet inuiti. Primò Deum e se omnipotentem, non solùm potentia, se etiam actione: alioqui ridiculus foret Deus. De inde ipsum omnia nosse, & præscire, neque er rare, neque falli posse. His concessis coguntu ineuitabili consequentia admittere, nos no fieri nostra voluntate, sed necessitate: item no non facere quod libet, pro iure arbitrii liberi sed prout Deus præscijuit & agit consilio, & vir tute infallibili, & immutabili, &c.

De dicto Mosis Gen.25. Maior seruiet minori.

pag.500.a.

Hunc locum sic eludit Diatribe, quod pro priè non pertineat ad salutem hominis. Pote enim Deus velle, vt homo seruus sit & pauper nec tamen reiiciatur ab æterna salute.

Responsio, Esto sanè, nihil pertineat locu ille ad salutem hominis, sed de temporali ser uitut

tute intelligatur (quod non eſt verum) tamen
Paulo rectè, & efficaciter adducitur, vt pro-
t non per merita Iacob, aut Eſau: ſed per vo-
ntem dictum eſſe ad Saram *Maior ſeruiet mi-*
ri. Paulus enim diſputat an illi virtute, aut
eritis liberi arbitrii peruenerint ad id quod
iis dicit, probátque inuictis verbis Scriptu-
quòd non: ſed ſola vocantis gratia, quòd
ndum nati, nihil boni aut mali operati fue-
it, &c.

Et mox pag. 501. *b.*

Quid liberum arbitrium iuuit Iacob? quid
fuit Eſau? quum iam præſcientia, & deſtina-
ne Dei vtérque nondum natus, nihílque o-
atus, definitus eſt qualia eſſet recepturus:
icet vt ille ſeruiret, hic dominaretur. Præ-
a decernuntur antequam operarii naſcantur,
perentur.

Et mox.

Non hoc iam quæritur, An ſeruitus illa perti-
it ad ſalutem, ſed quo merito illi imponatur,
i non meruerat?

Deinde quod non de ſeruitute ſola agat Mo-
, & quod rectè Paulus de ſalute æterna hunc
um intelligat, conuincitur ex ipſo textu, ſic
m habet oraculum in Moſe, *Duo populi ex*
ro tuo dividentur, populúſque populum ſu-
abit, &, *Maior ſeruiet minori.* Hic ma-
eſtè duo populi diſcernuntur, Alter in gra-
m Dei recipitur, licet minor, vt vincat ma-
em, non viribus, ſed fauente Deo: alioqui
omodo vincat minor maiorem, niſi ſit Deus
m eo? Quum igitur minor futurus ſit popu-

lus Dei, non solùm ibi dominatio externa tractatur, aut seruitus, sed omnia quæ pertinent ad populum Dei, benedictio, verbũ, Spiritus, promissio Christi, & regnum eternũ: id quod etiam postea latius scriptura confirmat, vbi Iacob bene dici, & promissiones & regnum accipere scribit, quæ omnia Paulus breuiter indicat, dum dicit, Maiorem seruiturum esse minori, nos ad Mosen remittens, latius hæc tractantem.

De loco Malachiæ Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

pag. 500. *b.*

Triplici industria torquet hunc locum Diatribe. Prima est, Si literam vrgeas, inquit, Deus non amat vt nos amamus, nec odit quenquam, quum in Deum non cadant affectus.

Et pag. 501. *a.*

Respõsio: Quid audio? An quæritur quomodo Deus amet & odiat, ac non potius cur amet & odiat? Pulchrè scimus, quòd Deus non amat aut odit quemadmodum nos, siquidem nos mutabiliter, & amamus & odimus: Ille æterna & immutabili natura amat & odit. Sic non cadunt in illum accidentia, & affectus. Atque hoc ipsum est quod liberum arbitrium cogit nihil esse, Quòd æternus & immutabilis sit amor, æternum odium erga homines antequam mundus fieret, non solùm antè meritum & opus liberi arbitrii, omniáque necessariò in nobis fieri secundum quod ille vel amat, vel non amat ab æterno, vt non solùm amor Dei sed etiam modus amandi, necessitatem nobis inferat, &c.

Sed esto vt amor Dei sit effectus amoris, & odium

odium sit effectus odii: nunquid illi effectus citra & præter Dei voluntatem fiunt? Si non fiunt nisi volente Deo, iã quod vult Deus aut amat, aut odit: Quo igitur merito amatur Iacob, & oditur Esau, antequam nascantur & operentur? tat igitur Paulus optimè inducens Malachiam ro sententia Mosis, scilicet quod Deus ideò vo arit Iacob antequam nasceretur, quia dilexerit um, non autem dilectus sit prius à Iacob, aut nerito eius vllo permotus, &c.

Altera industria, est quòd non videtur loqui le odio quo damnamur in æternum, sed de tem oraria afflictione.

Responsio, Quid hoc ad rem? quum Paulus robet illam afflictionem sine merito, soloque Dei odio, illatam Esau? Quæ fuit enim causa amandi Iacob, & odio habendi Esau apud Deũ, quum illi nondum essent? Iam illud falsum est Malachiam solùm loqui de temporaria afflictione, aut de destruenda Edomæa: sed Israelis exprobrat ingratitudinem, quod quum Deus llos dilexerit, illi tamen neque vicissim diligant, vt patrem: neque timeant vt Dominum. Dilexisse autem probat tum ex Scriptura, tum ex opere. Quum enim Iacob & Esau essent fratres, Gen. 25. tamen Iacob dilexit, & elegit, antequam nasceretur, Esau verò sic odit, vt regionem eius redegerit in solitudinem. Item Iacobum quidem reduxit è captiuitate, & restituit. at Edumæos non fuit restitui, sed minabatur eis destructionem, &c.

Et mox pag. 501. b.

Quomodo stabit nunc quod Propheta de

temporaria afflictione loquatur? quum euid
tibus verbis teſtetur, ſeſe loqui de duobus pc
lis à duobus Patriarchis natis: Illum ſuſcept
in populum, & ſeruatum: hunc verò relictun
tãdem deſtructum. Suſcipere verò in popul
& non ſuſcipere in populum, non pertinet t
tum ad temporalia bona vel mala: ſed ad om
Neque enim Deus noſter tantùm tempor
Deus eſt, ſed omnium, &c.

Tertia induſtria eſt, Quòd dicatur Deus o
ſe nondum natos, quia præſcit illos geſturo
dio digna. Iudæos itaque meritò incredulit
exciſos, gentes verò meritò fidei inſertas. &c

Reſponſio: Non diſputamus de exciſione
inſertione: ſed an qui poſsint vel credere vel
credere vi liberi arbitrij: nec qui ſint creden
qui non: nec quid ſequatur credentes & diſ
dentes: ſed quo merito, quo opere peruen
ad fidem, qua inferũtur, aut ad infidelitatem
excinduntur, Paulus hîc docet quod nullo
ſtro opere, ſed ſolo amore, & odio Dei hoc
tingat. Vbi verò cõtigerit exhortatur vt per
rent, ne excindantur. At exhortatio non prc
quid nos poſsimus, ſed quid debeamus.

De loco Pauli 2. Tim. 2. In domo magna eſſe vaſa aurea & lutea &c.

pag. 502.

Tũ ſequitur ſimilitudo, ſcilicet eſſe vaſa d
ſa, alia in honorem, alia in contumeliam. His
ſoluitur doctrina quòd vaſa non ſeipſa par
ſed herus. Hoc vult & Rõ. 9. quòd figulus p
ſtatem habet &c. & quod ſequitur, *ſi quis mundauerit ab iſtis*, non de ſordibus intelligi

de vasis contumeliæ, vt sit sensus, siquis separatus manserit, ac non inter impios magistros micatur, erit vas honoris &c.

pag. 102. a

Non enim sequitur quenquam ideo sese vi liberi arbitrii posse mũdare. Summa, si ista elusio valet, tota disputatio Pauli nihil valet. Frustra nim induceret murmurantes aduersus figulum Deum, si culpa vasis, & non figuli esse videretur. Quis enim murmuret, si audiat damnari dignũ ãnatione? Hinc verò murmura rationis humanæ, videlicet, quòd non vasi, sed figulo sit imputandum, qui creet, & tẽperet lutum, si vas conditur in ignem æternum quod nihil commeruit, nisi quòd sui iuris non est. Id verò est quod Paulus dicere facit impios, Quid adhuc queritur? voluntati eius quis resistit? Hoc est illud quod humana ratio neque capere, neque ferre potest. Vult enim Deum agere iure humano, vt luciat quod ipsis rectum videtur, aut rationem reddat cur sit Deus: & ita redigendus erit Deus in ordinem, & præscribendæ illi leges vt non damnet quenquã, nisi qui nostro iudicio id meruerit, & figulus faciat vas in contumeliam ex meritis præcedentibus, &c.

Verùm si sic operatur Deus vt merita spectet, cur illi murmurant & expostulant? Quid opus Paulo, illos compescere? Deinde vbi manet potestas figuli faciendi quod vult, si meritis & legibus subiectus, non finitur facere quod vult, sed exigitur facere quod debet? Pugnat enim Pag. 501. a
espectus meritorum, cum potestate ac libertate faciendi quod vult, vt ille probat Pater fa-

milias, qui operariis murmurantibus, & ius postulantibus, oppoſuit libertatem voluntatis in bonis ſuis Matth. 20.

Sed fingamus Deum talem eſſe oportere, qui merita reſpiciat in damnandis. Nonne pariter contendemus & concedemus, vt & in ſaluandis merita ſpectet? Si rationẽ ſequi volumus ęquè iniquum eſt indignos coronari, atque indignos puniri. Deum igitur iniquum declarabimus, vt qui malis & impiis delectetur, & impietatẽ eorum præmiis inuitet & coronet. At vę nobis tũc miſeris apud illum Deũ. Quis enim ſaluus erit?

Vide nequitiam cordis humani, Deum, quũ indignos ſine meritis ſaluat, imò quũ multis de meritis ſaluat impios, non accuſat iniquitatis, non expoſtulat cur hoc velit, quũ ſit iniquiſſimũ etiam ſeſe iudice: ſed quia ſibi commodum & plauſibile eſt, æquum & bonum iudicat. At quũ immeritos damnat, quia hoc incommodũ ſibi eſt, hoc iniquum, hoc intolerabile eſt, hîc expoſtulatur, hîc murmuratur, hîc blaſphematur.

Ratio ergo in hac cauſa non iudicat ſecũdùm æquitatem, ſed ſecũdùm affectum. Si enim ęquitatem ſpectaret, æque expoſtularet cum Deo dum indignos coronat, atque dum immeritos damnat. Æquè etiam Deum laudaret, & prædicaret dum damnat immeritos, atque facit dum indignos ſaluat. Vtrobique enim par iniquitas, ſi ſenſum noſtrum ſpectes: niſi non fuerit æquè iniquum, ſi Cain ob homicidium laudes, regémque facias: atque ſi Habel innocentem in carcerem coniicias, atque occidas.

Quum igitur ratio laudet Deum indignos ſaluantem, arguat verò immeritos damnantem,

conuincitur nō laudare Deum, vt Deum, ſed vt ſuo commodo ſeruientem: hoc eſt ſeipſam, & quæ ſua ſunt, in Deo quærit & laudat, non Deū, & quæ Dei ſunt. At ſi placet Deus indignos coronans, nō debet diſplicere immeritos dānans. Si illic iuſtus eſt, cur nō hic iuſtus erit? Illic gratiam & miſericordiam ſpargit in indignos, hīc iram, & ſeueritatem ſpargit in immeritos: vtrobique nimius, & iniquus apud homines: ſed iuſtus & verax apud ſeipſum. Nam quomodo hoc iuſtum ſit vt indignos coronet, incomprehenſibile eſt modo: videbimus autem quum illuc venerimus, vbi iam non credetur, ſed reuelata facie videbitur. Itaque quomodo hoc iuſtum ſit vt immeritos damnet, incomprehenſibile eſt modo, creditur tamen donec reuelabitur filius hominis.

Et pag. 524. *b.*

Concluſio totius diſputationis, de damnatione Impiorum, & Dei iuſtitia.

Si autem id mouet, quod difficile ſit clementiam, & æquitatem Dei tueri, vt qui damnet immeritos, hoc eſt impios eiuſmodi, qui in impietate nati, non poſſunt vlla ratione ſibi cōſulere, quin impij ſint, maneant, ac damnentur: cogantúrque neceſsitate naturæ peccare, & perire (ſicut Paulus dicit, *Eramus omnes filij iræ*, quemadmodum & cæteri) quum tales creentur ab ipſomet Deo, ex ſemine vitiato, per vnius Adæ peccatum. *Reſp.* Hic honorandus, & reuerendus eſt Deus clementiſsimus, in iis quos iuſtificat & ſaluat indigniſsimos, donādumque eſt nonnihil Diuinæ eius ſapientiæ, vt iuſtus ſit

se credatur, vbi iniquus nobis esse videtur. Si enim talis esset eius Iustitia, quæ humano captu non posset iudicari esse iusta, planè non esset diuina, & nihilo differret ab humana iustitia. At quum sit Deus verus & vnus, deinde totus incomprehensibilis, & inaccessibilis humana ratione, par est, imò necessarium est, vt & iustitia sua sit incomprehensibilis, sicut Paulus etiam exclamat, dicens, *O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt Iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.* Rom. 11. Incomprehensibilia verò non essent, si per omnia capere valeremus, quare sint Iusta. Quid est homo comparatus Deo? &c.

& pag. 25. a

Si fatemur, natura etiam Magistra, humanam potentiam, sapientiam, scientiam, & omnia nostra nihil esse, si ad diuinitatẽ conferãtur, quę est nostra peruersitas, vt solam iustitiam, & iudiciũ Dei vexemus? & iudicio nostro tantùm arrogemus, vt diuinum iudicium comprehendere, iudicare, & æstimare velimus? Quare non similiter & hîc dicimus, Iudicium nostrum nihil est si diuino iudicio comparetur? Consule rationem ipsam, si non conuicta cogetur sese stultam, & temerariam confiteri, quod Iudicium Dei non sinit esse incomprehensibile, quum cætera diuina omnia fateatur incomprehensibilia. Scilicet, in omnibus aliis Deo concedimus, maiestatem diuinam, in solo iudicio parati sumus id negare, nec tantisper possumus credere eum esse iustum, quum nobis promiserit, fore, vbi gloriam suam reuelarit, vt omnes tum videamus, & palpemus, eum fuisse, & esse Iustum.

Dabo exemplum ad confirmandam hanc fidem, & consolandum illum oculum nequam qui Deum suspectum habet de iniquitate. Ecce ic Deus administrat mundum istum corporalem, in rebus externis, vt si rationis humanæ iudicium spectes, & sequaris, cogaris dicere aut nullum esse Deum, aut iniquum esse (vt ille ait, Sollicitor nullos sæpe putare Deos) quod prosperrimè habeant mali, cõtra infœliciſsimè boni, testantibus prouerbiis & experientia. Iob. 19, Psalm. 73. Nonne omnium iudicio iniquisimũ est malos fortunari, & bonos affligi? At ita fert cursus mundi. Etsi verò hic non solùm summa ingenia eò lapsa sint, vt Deum esse negent & fortunam omnia temerè versare fingãt, sed & Prophetæ Ier. Iob. Dauid, & alii pii, qui Deum esse crediderunt, magis de iniquitate Dei tentati fuerint: tamen hæc tẽtatio, & iniquitas Dei tollitur facillimé per lucem Euangelii, & cognitionem gratiæ, qua docemur, Impios quidem corporaliter florere, sed anima perdi: esseque vitã post hanc vitam, in qua quicquid hic non est punitum, & remuneratum, illic punietur, & remunerabitur, &c.

Sic igitur lux Euangelii, quæ solo Verbo & fide valet, tantum efficit, vt ista quæstio omnibus seculis tractata, & nunquam soluta, tam facilè dirimatur. Quid putas futurum vbi cessante lumine Verbi, & fidei, Maiestas diuina per sese reuelabitur? Annon putas quod tum lumẽ gloriæ hanc quæstionem facillimè soluere possit, quæ in lumine verbi, aut gratiæ est insolubilis: quum lumẽ gratiæ tam facile soluerit quæstio-

nem in lumine naturæ insolubilem? Tria mihi lumina pone, Lumen naturæ, lumen gratiæ, & lumen gloriæ, &c.

pag. 525. *b.*

In lumine naturæ est insolubile, hoc esse iustum quòd bonus affligatur, & malus benè habeat. At hoc dissoluit lumen gratiæ. In lumine gratiæ est insolubile, quomodo Deus damnet eum, qui non potest vllis suis viribus aliud facere quàm peccare, & reus esse. Hîc tam lumen naturæ, quàm lumen gratiæ dictant, culpam esse non miseri hominis, sed iniqui Dei: qui hominem impium gratis, sine meritis coronat, & alium non coronat, sed damnat, forte minùs, vel saltem non magis, impium. At lumen gloriæ aliud dictat, & Deum, cuius iudicium modò est incomprehensibilis iustitiæ, tunc ostendit esse iustissimæ, & manifestissimæ iustitiæ tantùm: vt interim credamus, moniti & confirmati exemplo luminis gratiæ, quod simile miraculum in naturali lumine implet.

Et mox.

Hîc arbitror pio, & qui veritati sine pertinacia cedere volet, abundè satis esse factum. Si credimus verum esse, quod Deus præscit, & præordinat omnia, tũ neque falli, neque impediri potest ipsius præscientia, & prædestinatione. Deinde nihil fieri, nisi ipso volẽte (id quod ratio ipsa cogitur concedere) simul vel ipsa ratione tenẽte, Nullum potest esse liberum arbitrium in homine vel Angelo, aut vlla creatura.

Hæc hactenus, ex Lutheri libello, De seruo Arbitrio, aduersus Erasmum, excerpta sunt.

FINIS.